





RESEARCH  
OVERSIZE  
02-0001307


School  
of  
Theology  
Library











Prima vota S. Ignatii et Sociorum Parisiis 15. Augusti 1534 (col. 12).



7462  
A 37  
1914

# Synopsis historiæ Societatis Jesu.

Benedices coronæ anni ben-  
gnitatis tuæ. (Ps. 64, 12.)

Pro nostris tantum.



Ratisbonæ, Typis Friderici Pustet,

S. Sedis Apostolicæ et S. Rituum Congregationis Typographi.

1914.

**Imprimi potest.**

**Paulus de Chastonay S. J.**  
Vice-Provincialis.


---

---

**Imprimatur.**

Ratisbonæ, die 14. Novembris 1914.

**Dr. Scheglmann**  
Vic. Gen.



## Lectori benevolo salutem.

Sub titulo: „**Abriss der Geschichte der Gesellschaft Jesu**“ anno 1876 Monasterii in Guestfalia ad instar manuscripti impressum fuit opus, quod elaboraverat **R. P. Franciscus Xaverius Wernz** S. J. primario pro Novitiis, Scholasticis et Patribus tertiae probationis, præbendo ipsis brevem conspectum rerum scitu utilium ex historia Societatis, quo facilius a Nostris acquiratur compendiosa saltem et sincera ejusdem notitia.

Cum vero nonnullis abhinc annis multi desideraverint commodiorem et perfectiorem hujus operis editionem, ipsi **A. R. P. Wernz**, qui anno 1906 electus fuerat Præpositus Generalis, opportunum visum est dictum opus *germanicum*, latinitate donatum, correctum, auctum, ad nostros annos continuatum, sub nomine: „**Synopsis historiæ Societatis Jesu**“ in lucem edere, id quod curavit Ludovicus Schmitt S. J. cum auxilio virorum hujus historiæ apprime gnarorum, quibus gratias quam maximas agit. Usus est autem ad hoc præter historias impressas fontibus originalibus, etiam manuscriptis.

Maximo sane dolore omnes affecti sumus, quando audivimus, optimum Patrem Nostrum die 19. Augusti morte nobis præreptum fuisse, brevi tantum tempore post 7<sup>um</sup> ejusdem mensis, diem sæcularem a Restitutione Societatis, quem epistolis devotissime celebrare et docuerat et præceperat, quo die etiam **Synopsin** hanc in suis et Sociorum manibus videre optaverat. Non vidit, Domino sic disponente. Nam ob varias difficultates operis impressio tamdiu retardata est, ut non nisi mense Novembri perfici potuerit. Nobis interim, qui preces pro anima defuncti Præpositi nostri persolvimus, persuasum est, immensum gloriæ pondus ipsi jam datum esse in sinum ob virtutes et præclara merita in totam Societatem.

De hujus **Synopsis** indole docet „*Dispositio operis*“ proximo folio sequens; inscriptiones autem columnis **Tabularum synchronarum** impositæ quid velint, ipsæ enuntiant. Notetur tantum, quæ pertinent ad Austriam, Bohemiam, Hungariam, et ad Bataviam, Hollandiam vel Neerlandiam, inveniri sub titulo „**Germania, Belgium**“, et quæ concernunt Hiberniam, Scotiam, Sueciam, Russiam et **Galliciam** (in restituta S. J.) sub „**Anglia, Polonia**.“





# Dispositio operis.

## Pars prima.

### Tabulæ synchronæ.

	<i>Columnis</i>		<i>Columnis</i>
I. Societas Jesu antiqua 1540—1773.		6. Generales Tamburini et Retz 1706 ad 1750 . . . . .	266—313
A. Ortus Societatis 1540—1556.		C. Periodus suppressionis 1750—1773	
1. Sanctus Ignatius . . . . .	2—33	7. Generales Visconti, Centurione, Ricci	314—361
B. Incrementa interna et externa Societatis 1556—1750.		II. Semen relictum.	
2. Generales Lainez, Borgia, Mercurianus 1556—1580 . . . . .	34—81	A suppressione usque ad restitutionem 1773—1814 . . . . .	362—401
3. Generalis Aquaviva 1581—1615 . . . . .	82—145	III. Societas Jesu restituta 1814—1914.	
4. Generales Vitelleschi, Carrafa, Piccolomini 1615—1651 . . . . .	146—201	8. Generales Brzozowski, Fortis, Root-haan 1814—1853 . . . . .	402—441
5. Generales Gottifredi, Nickel, Oliva, de Noyelle, Gonzalez 1652—1705	202—265	9. Generales Beckx, Anderledy, Martin, Wernz 1853—1914 . . . . .	442—497

### Appendix I.

	<i>Columnis</i>		<i>Columnis</i>
Series Superiorum et Officialium majorum Societatis.		2. Series Praepositorum Provincialium	
1. Elenchus Congregationum et Praepositorum Generalium 1541—1914 . . . . .	498—518	Assistentiæ Italiæ . . . . .	527—536
Vicarii generales . . . . .	519—520	„ Lusitaniæ . . . . .	537—544
Assistentes (seu Consultores Præp. Generalis) . . . . .	519—524	„ Hispaniæ . . . . .	543—560
Secretarii Societatis et Procuratores generales . . . . .	525—526	„ Galliæ . . . . .	559—566
		„ Germaniæ . . . . .	567—580
		„ Poloniæ . . . . .	579—580
		„ Angliæ . . . . .	581—584

### Appendix II.

	<i>Columnis</i>		<i>Columnis</i>
1. Natales Provinciarum <b>Antiquæ</b> Societatis	586—587	Missionum independentium <b>Restitutæ</b> Societatis . . . . .	588—589
2. Natales Provinciarum, V. Provinciarum et			

### Appendix III.

	<i>Columnis</i>		<i>Columnis</i>
Prospectus Societatis universæ ineunte anno 1914 . . . . .	590—593	1. Domicilia in Provinciis . . . . .	590—591
		2. Domicilia in Missionibus . . . . .	592—593

## Pars secunda.

### De Instituto et viris illustribus.

	<i>Columnis</i>		<i>Columnis</i>
I. Notitia summaria de Instituto S. J.		II. Conspectus virorum illustrium laboribus apostolicis et doctrina	
1. Institutum S. J. . . . .	597—598	1. Prædicatio . . . . .	601—604
2. Membrorum S. J. variæ classes . . . . .	599—600	2. Administratio Sacramenti pœnitentiæ	603—604
3. Regimen Societatis . . . . .	599—600		

## Indices alphabetic.

	<i>Columnis</i>		<i>Columnis</i>
3. Catechesis . . . . .	603—604	Conspectus triplex; Classificatio Sancto- rum, Beatorum, Venerabilium, Ser- vorum Dei juxta nationes . . . . .	643
4. Sodalitates . . . . .	603—604	5. Series Martyrum S. J. latissimo sensu sumptorum in	
5. Opera misericordiæ corporalia . . . . .	605—606	A. Asia . . . . .	644—648
6. Missiones in patria . . . . .	605—612	B. Oceania . . . . .	648—650
7. Gesta in schola, scientia, litteris (et arte) . . . . .	611—630	C. Africa . . . . .	650—651
8. Scriptores ascetici . . . . .	629—634	D. America australi . . . . .	651—653
III. Elenchus Sanctorum, Beatorum, Venerabilium, Servorum Dei ex S. J.		E. America septentrionali . . . . .	653—655
1. Sancti canonizati . . . . .	635—636	F. Europa . . . . .	655—661
2. Beati ab Ecclesia declarati . . . . .	635—638	Distributio Martyrum per nationes et loca . . . . .	662—663
3. Venerabilium titulo insigniti . . . . .	639—640		
4. Servi Dei, quorum causae inchoatæ sunt	640—642		


## Indices alphabetic.

	<i>Columnis</i>		<i>Columnis</i>
1. Index Provinciarum . . . . .	664	3. Index geographicus . . . . .	673
2. Index personarum . . . . .	665	4. Index rerum . . . . .	680

**Nota.** In columna 3 *Innocentius* scribendus est **VIII.**, et (col. 250) Petrus I. *Russ.* regnavit 1682—1725. — Cam. *Tarquini* (col. 461), teste Cat. Rom. 1874 (p. 7.), creatus est Cardinalis 22. Dec. 1873. — Coad. pictor (col. 630. n) appellatur Dan. *Seghers*.

Inconsequencias quasdam in scribendis nominibus et alia errata condonet benevolus lector.

**Exaten**, die festo S. Stanislai Kostkae, anno sæculari 1914.



## Abbreviationes.<sup>1)</sup>

**Ass** = Assistentia, Assistentiæ.  
**Ass** (de personis) = Assistens, Assistentes.  
**C** = Collegium, Collegia.  
**C** (de personis) = Confessor, Confessores.  
**CC** = Collegium (a) et Convictus.  
**Cex** = Collegium (a) et Dex.  
**Clep** = Colonia leprosorum.  
**Cpb** = Collegium et Dpb.  
**Cv** = Convictus.  
**D** = Domus.  
**Dex** = Domus exercitiorum.  
**Dpb** = D. probationis.  
**D3pb** (3pb) = D. tertiæ probationis.  
**Dpr** = D. professa.  
**Dscr** = D. scriptorum.  
**Dst** = D. studiorum.  
**Dval** = D. valetudin.  
**Hosp** = Hospitium (a).  
**Inst** = Institutum (a).  
**M** = Missio, Missiones.  
**M** (de personis) = Martyr, Martyres.  
**Orph** = Orphanotrophium.  
**Pr** = Provincia, Provinciae.  
**Pr** (de personis) = Provincialis (es).  
**R** = Residentia (æ).  
**Sap** = Schola apostolica.  
**Sch** = Schola, Scholae.  
**Sem** = Seminarium (a).  
**St** = Statio (nes).  
**U** = Universitas.  
**V** = Vice.

---


<sup>1)</sup> Cf. col. 591.



Pars prima



Tabulæ synchronæ



# I. Societas Jesu

## A. Ortus Societatis

### 1. Sanctus

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1450 Ars imprimendi inventa.			Ineunte sæculo XVI. in <i>Italia</i> et <i>Gallia</i> laici religioni quidem erant addictissimi, at cum plerisque etiam clericis periculosa laborabant ignorantia. In multis monasteriis disciplina languebat; non pauci religiosi doctrinis favebant novis et pravis.
1453 Turci Constantinopoli potiuntur.	1484—1492 <b>Innocentius VII.</b>		
<i>Hisp.</i> Elisabetha et Ferdinandus 1474—1516.		1491 <b>Ignatius</b> nascitur Loyolæ, in castello gentis suæ prope Azpeytiam Guipuzcoæ.	
<i>Germ.</i> Maximilianus I. 1493—1519.	1492—1503 <b>Alexander VI.</b>	Legendi tantum et scribendi gnarus militiæ nomen dedit militantiumque moribus se conformavit.	In <i>Gallia</i> doctores et clerus detrahentes supremæ Pontificis auctoritati libertates falsas sibi vindicabant. Sed rex saltem christianissimus religionem integram inviolatamque conservare studebat.
<i>Lus.</i> Emmanuel 1495—1521.	1503 <b>Pius III.</b>		
<i>Angl.</i> Henricus VIII. 1509—1547.	1503—1513 <b>Julius II.</b>		
<i>Gall.</i> Franciscus I. 1515—1547.	1513—1521 <b>Leo X.</b> Indulgentia pro ædificanda nova Basilica S. Petri.	1521. 20. Maji. Capta per Gallos urbe Pampeluna Ignatius in castello, quod fortissime defendebat, graviter vulneratur. Lecto affixus, lectione vitæ Jesu Christi et Sanctorum convertitur.	1512—1517. Concilium Lateranense V.
<i>Hisp.</i> Carolus I. 1516—1556.			
1518 Zwinglius a fide deficit.			
<i>Germ.</i> Carolus V. 1519—1556. Bella inter Galliam et Hispaniam.	1521 — 1523 <b>Hadrianus VI.</b>	1522. 25. Mart. In <i>Monteserato</i> spirituali militiæ dat nomen; dein <i>Manresæ</i> moratur, ubi Exercitiorum spiritualium librum composuit.	In <i>Italia</i> paulatim mores renovari cœpti sunt per clericos virtute et doctrina insignes, in dignitatibus vel in novis et reformatis religionibus constitutos, et per aliquot pios et doctos laicos.
<i>Lus.</i> Joannes III. 1521—1557.			
1522 Rhodus fit præda Turcorum.	1523—1534 <b>Clemens VII.</b>	1523 Per <i>Barcinonem</i> , <i>Romam</i> , <i>Venetias</i> peregrinatur <i>Hierosolyma</i> , unde tempore verno 1524 in <i>Hispaniam</i> redit; <i>Barcinone</i> 2 annis discit linguam latinam; philosophiæ studet <i>Compluti</i> et <i>Salmanticæ</i> .	1524 Theatini approbantur.
1526 Hungaria a Turcis opprimitur.			
1527 Roma a Germanis devastatur.		1528 <i>Parisiis</i> repetens grammaticam et philosophiæ studens colligit primos 6 socios: <i>Petrum Fabrum</i> , <i>Franciscum Xaverium</i> , <i>Jacobum Lainez</i> , <i>Alphonsum Salmeron</i> , <i>Simonem Rodriguez</i> , <i>Nicolaum Bobadillam</i> .	1528 Capucini approbantur.
1530 24. Feb. Carolus V. Bononiæ coronatur Imperator.			
1531 11. Oct. † Zwinglius.			

# antiqua 1540–1773.

1540—1556.

Ignatius.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>In <i>Hispania</i> per Elisabetham, Castellæ reginam (1474—1504) et Ferdinandum, regem Aragoniæ († 1516) res politicæ et religiosæ in meliori statu quam antea constitutæ fuerunt et imprimis ordines religiosi, quorum disciplina relaxata fuerat, meritis Cardinalis Cisneros (Ximenes † 1517) solide reformati. De clero autem sæculari, officiorum suorum plus minusve immemore et rebus mundanis dedito, ideoque etiam de populo ignorante et multis vitiis immerso adhuc sub regno Caroli I. (1516—1556) lamentabantur viri sincere catholici et historiographi graves. Attamen hæresin execrabatur populus hispanus, in quo fides profunde radicata erat, et præcones erroris paucos, qui concionari audebant, severe puniri voluit.</p>	<p>Episcoporum principum fastus sæcularis, cleri curati ignorantia, inertia et malum exemplum, multorum monasteriorum a disciplina primæva defectio, principum sæcularium conatus occupandi bona ecclesiastica, et potestatis imperatoriæ debilitas in <i>Germania</i> viam præparabant novatorum machinationibus.</p>	<p><i>Angliæ</i> regnum, sopitis bellis ineunte sæculo XVI. quievit sub Henrico VII. (1485—1509). At Wicleffi doctrina numerabat patronos in digniore clero, in universitate Oxoniensi, in quibusdam nobilibus, qui bonis ecclesiasticis inhiabant, atque Henricum VIII. (1509—47) primo pium, subinde impium in schisma illexit. Anceps populus, debilis clerus, inter papam et regem incertus fluctuans. Eduardus VI. (1547—1553) favebat novatoribus; resipiscentes subditos <i>Maria</i> (1553—1558) reduxit ad fidem pristinam. Elisabeth autem (1558-1603) reliquit eos plenos catholici nominis odio.</p>	<p>1492 Columbus reperit Americam.</p> <p>1498 Vasco de Gama appellit ad Indiam.</p> <p>1500 Cabral in Brasilia.</p> <p>1519 Cortez in Hispania nova (Mexico).</p>
<p>In <i>Lusitania</i> divitiæ e tot novis terris affluentibus luxum, ostentationem, inertiam, morum corruptionem fovērunt. Hominum numerus diminuēbatur et agricultura languēbat.</p>	<p>1517. 31. Oct. Lutherus 95 theses templo castelli Wittenbergensis affixit.</p> <p>1521. 3. Jan. Lutherus excommunicatur.</p> <p>1530. 25. Jun. Confessio Augustana.</p>	<p><i>Scotia</i> sensim per præsules, clerum, monasteria moribus obsolescens auspiciata est sæculum XVI. obnoxia novatoribus, mox hæresin amplexura.</p> <p>In <i>Polonia</i> nobilitas avidè captabat rerum novationem, quæ eo magis progrediebatur, quo minus pius et doctus erat clerus, et quo pauciores erant scholæ catholicæ.</p>	<p>1520—1522 prima circumnavigatio terræ.</p> <p>Novo orbe per varias expeditiones reperto et via ad Indias orientales et occidentales cognita, vastissimus missionibus campus patebat. Immensus fere numerus infidelium cernebatur instruendus, convertendus, salvandus. Quem laborem primi susceperunt Religiosi ordinum SS. Dominici et Francisci et alii, eorumque exempla Societas Jesu ab ipsa jam origine imitata est.</p>
6	7	8	9

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1535 Carolus V. in Tunisia.	1534—49 Paulus III.	1534. 15. Aug. Omnes septem in capella S. Dionysii in Monte Martyrum, in Missa Fabri, qui solus erat sacerdos, 3 vota emisere: paupertatis, castitatis, peregrinationis Hierosolymitanæ et deinceps procurandi salutem animarum (Cf. imaginem).	1537 Ignatius et socii per primos in <i>Italia</i> labores prælundunt majoribus.
1535 Barnabite approbantur.		Ista vota ibidem eodem die 1535 et 1536 renovarunt, anno 1536 aucti accessione <i>Claudii Jaji, Paschasii Broeti, Joannis Codurii</i> , absente tamen <b>Ignatio</b> , qui rebus in Hispania confectis Bononiam petiit, studia theologica per annum 1536 continuaturus, ob adversam autem valetudinem <i>Venetias</i> profectus, exercitia spiritualia primoribus tradebat, socios expectans, qui Parisiis 15. Nov. 1536 relictis 1537. 6. Jan. <i>Venetias</i> advenere.	1538. 13. Mart. † <b>Didacus Hozes</b> , primus ex Jesuitis.
1536 Calvinus Genevæ „Reformatorem“ agere cœpit († 1564).		At quum plane non possent peregrinari Hierosolyma, 1538 <b>Ignatius</b> cum omnibus sociis Romam vocatis serias habet deliberationes, quarum fructus fuit <b>Formula Instituti</b> 24. Jun. 1539.	Calumniis contra socios Romæ sparsis opponitur sententia juridica 18. Nov. 1538 in favorem <b>Ignatii</b> et sociorum.
1536. 12. Jul. † <b>Erasmus Rotterodamus</b> .	1539. 18. Mart. Vivæ vocis oraculo jubetur <b>Paschasius Broetus</b> , Senasse conferre cum uno ex sociis et operam dare reformationi monialium Ord. S. Benedicti.		Proximis annis <b>Bobadilla</b> ad componendam pacem mittitur in insulam <i>Aenariam</i> (Ischia). <b>Lainez Venetiis</b> et <b>Patavii</b> , <b>Faber Romæ</b> , <b>Jajus Brixia</b> , <b>Broetus Fulgini</b> resistunt novatoribus.
1536—38 Bellum inter Carolum V. et Franciscum I.			1540 Parisiis primi Jesuitæ sub <b>Jacobo de Eguia</b> .
1540 Philippus, Caroli V. filius, fit dux Mediolanensis.	1540. 27. Sept. <i>Regimini militantis Ecclesie</i> : prima approbatio formulæ Instituti: admittendi non sunt plures 60.	1541. 19. Apr. <b>Ignatius eligitur Generalis</b> . Societas Jesu ut religio constituitur 4 solemnibus professionis votis primorum sociorum nuncupatis in basilica S. Pauli 22. Apr. 1541.	1540 mense Martio Petrus <b>Faber</b> cum successu <i>Parmenses</i> ad frequentem usum sacramentorum hortatur.
1540 S. Joannes de Deo (†1550) fundat ordinem fratrum christianæ caritatis (Granatæ in Hispania).		Ignatius cœpit adumbrare <b>Constitutiones</b> — opus a Paulo III. Generali impositum. Non <b>Lainez</b> , sed solus <b>Ignatius</b> earum est auctor nec ex alio fonte hauriebat nisi ex <b>Formula Instituti</b> .	1541. 16. Aug. Romæ † <b>P. Codurius</b> .
1541 Caroli V. expeditio infelix contra Algeriam.			1542 <i>Parisiis</i> expulsus <b>P. Domenech</b> cum aliis 7 Hispanis Lovanium petiit. Remanentium patronum agit <b>Du Prat</b> , Episcopus <i>Claromontanus</i> .
1542—44 Bellum inter Carolum V. et Franciscum I.			
1543. 10. Feb. † <b>Dr. Eckius</b> .			

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1536 Ignatius veris tempore valetudinis et negotiorum causa in Hispaniam profectus apostolicis laboribus et exemplo virtutis bonum Christi odorem spargit, imprimis Pompejoli, Almazani, Toleti.</p>	<p>1540 <b>Faber</b> venit primus ex Jesuitis in <b>Germaniam</b>, ut cum <b>Ortiz</b> colloquio religionis <i>Vormatiæ</i> interesset. Multis viris primoribus exercitia spiritualia tradidit, præcipue Ratisbonæ. Opus feliciter cœptum prosequitur <b>Claudius Jajus Ingolstadii</b> et <b>Salisburgi</b>, ubi in Synodo provinciali victoriam principiis catholicis vindicat.</p>	<p>1534 <b>Henricus VIII.</b> ex „Defensore fidei“ fit schismaticus, primatum Pontificis sibi usurpat in Anglia, a subditis postulat, ut hoc suum facinus jurejurando ut justum agnoscant, recusantes persequitur.</p> <p>1535 <b>Thomas Morus</b> et <b>Joannes Fisher</b> Martyres pro primatu Pontificis.</p>	<p>Dominicanos et Franciscanos in Missiones mox secuti sunt Augustiniani, Carmelitæ, Mercedarii, Hieronymitani, qui non solum Evangelium propagare, sed etiam pro viribus indigenas contra oppressores protegere studuerunt.</p>
<p>1539. 19. Oct. per <b>P. Araoz</b> Societas introducit in <b>Hispaniam</b>.</p>			
<p>1540. 15. Mart. <b>Franciscus Xaverius</b> et <b>Simon Rodriguez</b> Româ proficiscuntur in <i>Lusitaniam</i>.</p>	<p>1540—56 Ignatius ipse, missis subinde vicariis seu commissariis, socios, domos, Collegia Germaniæ moderabatur.</p>		
<p>1541 Petrus Faber in Hispania, ut apostolus in Castilia et Aragonia laborat.</p>			
<p>1541 <b>Simon Rodriguez</b> occupat domum S. Antonii <i>Ulyssiponensem</i>.</p>	<p>1542 Primi Jesuitæ <i>Lovanii</i>.</p>		<p>1541. 7. Apr. In Indiam navigant <b>Franciscus Xaverius</b>, <b>Paulus Camers</b>, <b>Franciscus Mansilha</b>, <b>Didacus Rodrigues</b>.</p>
<p>1542 Socii etiam <i>Conimbricæ</i> habitare cœperunt. Hic primum Societatis Collegium inchoatur munificentia Regis Joannis III. Ædificii proprii prima fundamenta jecit <b>Simon Rodriguez</b> 14. Apr. 1547.</p>	<p>1542 Faber <i>Spiræ, Moguntia</i>, ubi 1543 <b>Canisium</b> in Soc. admittit;</p>	<p>1542 <b>Broetus</b> et <b>Salmeron</b> missi a Paulo III. ut Nuntii apostolici in <i>Hiberniam</i> valde afflictos catholicos et <b>Jacobum V.</b> regem <i>Scotiæ</i> confirmant. Reversi instituta religiosa curant erigenda.</p>	
	<p>1543 <i>Coloniæ</i>, ubi oppugnat archiepiscopum <b>Hermannum a Wied</b>, apostatam.</p>		
	<p>1543 <b>Bobadilla</b> interest comitiis Imperii <i>Norimbergæ</i>.</p>		

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
	1544. 14. Mart. <i>In-junctum nobis</i> : numerum admittendorum non jam restringit confertque potestatem condendi Constitutiones.		
1545—63 Concilium Tridentinum.	1545. 3. Jun. <i>Cum inter</i> : privilegia prædicandi, absolvendi, commutandi.		
1546. 18. Feb. † Lutherus.	1546. 5. Jun. <i>Exponi nobis</i> : Facultas admittendi Coadjutores spirituales 20 tantum, et temporales. Solemnis professio Romæ tantum fiat.		1546. 1. Aug. <i>Petr. Faber</i> † Romæ.
1547 Bellum Smalcaldicum. Knox „reformator“ in <i>Scotia</i> .	1547. 4. Nov. <i>Copiosus</i> : Francisco de Borgia conceditur erectio studii generalis in oppido Gandiæ, ita ut in eo omnes scientiæ, quæ ad animarum salutem conferunt, doceantur, et gradus et facultates sicut in Parisiensi Salmanticensi Valentiniensi studiis vigeant.	1547 Constitutiones <i>serio</i> componere incipit Ignatius; nam ad id temporis fragmenta tantum scripserat.	1547 Hieron. Domenech † in <i>Sicilia</i> .
<i>Angl.</i> Eduardus VI. 1547—53. Inducitur „Reformatio.“		1547. 7. Maj. <i>Epist. ad Scholasticos Conimbricenses</i> de religiosa perfectione.	
<i>Gall.</i> Henricus II. 1547—59.		— 29. Jul. <i>ad Scholasticos Gandienses</i> de perfecta obedientia, præcipue erga Superiores immediatos.	
<i>Pol.</i> Sigismundus II. 1548—72.			1548 <i>C. Messanense</i> rectore Hieronymo Natali.
1548 Carolus V. promulgat „Interim.“	1548. 31. Jul. <i>Pastoralis officii</i> : approbatio Exercitiorum spiritualium.		1548 Ever. Mercurianus ingreditur in S. J. et inter studiosos multum fert fructum.
	1549. 18. Oct. <i>Licet debitum</i> : privilegia pro administratione et ministeriis; Coadjutores sine numeri restrictione admitti possunt et professio fieri ubique.		
1550—1579 († 24. Oct.) Albertus V. dux Baviaræ.	1550—1555 <b>Julius III.</b>	1550 Ignatius proponit Constitutiones Congregationi Professorum Romam vocatorum, easque juxta eorum vota novæ subjicit revisioni.	1550 <i>Messanæ Dpb.</i> prima separata a <b>C.</b>
	1550. 21. Jul. <i>Exposcit debitum</i> : nova approbatio Instituti et privilegiorum.		1551 Henrici II. patentes favent Societati, quæ tamen a Parlamento et a facultate theologica continuo oppugnantur.
1552 Proditio electoris Mauritii contra Carolum V.	1552. 31. Aug. <i>Dum sollicita</i> : In Urbe erigitur Coll. Germanicum sub magistris per S. J. constituendis.	1552 Ignatius elaborat methodum debellandi Mauros.	1551. 18. Feb. Prima S. J. schola Romæ aperitur in foro Ara Cæli.
Tractatus Passaviensis concedit Protestantibus liberum religionis exercitium.	1552. 22. Oct. <i>Sacræ religionis</i> : nova adduntur privilegia.		1551 Broetus primus <i>Italice Provincialis</i> ; 25. Jun. 1552 Parisiis, ut <i>Provincialis Gallicæ</i> . Cleysson et Le Bas in provinciis.
18	19	20	21

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
1544 <i>Valentia</i> inchoatur primum in Hispania <b>C.</b>	1545 Bobadilla cum Jajo <i>Vormaticæ</i> .		1545. 29. Mart. In Indiam proficiuntur <b>Antonius Criminalis, Nic. Lancilotus, Joannes de Beira.</b>
1545 Faber et Araoz concionantur in aula regia Hispaniæ.	1545 Jajus, 1546 Lainez et Salmeron <i>Tridenti</i> in Concilio. Jajus et Bobadilla recusant Episcopatum Tergestinum. Bobadilla sequitur exercitum imperialem, vulneratur in pugna apud Mühlberg.		1545 Xaverius appellit ad <i>Malacam</i> et 1546 tendit in <i>Moluccas</i> .
1546 <b>Franciscus Borgia</b> ingreditur Societatem et fundat <b>C. Gandiense</b> .	1545—6 Canisius a clero et universitate Coloniensi ad Carolum V. mittitur, ut opem contra Hermannum a Wied imploret.		1547 Sim. Rodriguez mittit in <i>Congum</i> missionarios Georgium Vasæum, Christophorum Riberium, Jacobum Diasium, Didacum Soveralium (nondum sacerdotem) cum uno Coadjutore — 1548 Tituanum Ludovicum Gonsalvium et Joannem Nunium cum Coadjutore.
1546. Sim. Rodriguez primus <b>Provincialis Lusitaniæ</b> .	1547 Canisius theologus in concilio Tridenti et Bononiæ.	<b>Angliæ</b> regnum sub Eduardo VI. 1547—1553 e schismate præcipitatur in hæresin. Gubernium usurpat jurisdictionem ecclesiasticam. — Principissæ Mariæ catholicæ non licebat audire missam, nisi post minas Imperatoris.	1549 Petente Joanne III. <b>Emmanuel Nobrega</b> cum 4 sociis in <b>Brasiliam</b> navigat.
1547 Araoz fit <b>Provincialis</b> totius <i>Hispaniæ</i> , ubi hæc jam extant <b>C:</b> Complutense, Valentinum, Gandiense, Cæsaraugustanum, Barcinonense et inch. Vallisoletanum.	1548 Ob justum, sed imprudentem zelum contra „Interim“ Bobadilla exulare jubetur e statibus imperialibus.	1549 „Common Prayer Book.“	1549 <b>Xaverius</b> primus <i>Indiæ</i> seu <b>Pr.</b> Goanæ Provincialis.
1548 Franc. Borgia 1. Feb. facit professionem. — <b>C. Salmanticense</b> ; in ea urbe <i>Melchior Canus</i> exsurgit inimicus Societatis.	1549 Canisius et Salmeron <i>Ingolstadii</i> ad docendam theologiam.		1549. 7. Feb. <b>Criminalis, primus Martyr</b> in India. —
1550 Borgia petit Romam et paulo post redit in Guipuzcoam.	1551. 1. Maj. Josephus Anchieta novitius Conimbriæ.		15. Aug. 1549 — 20. Nov. 1551 Xaverius (cum P. Torrez et Fr. Fernandez) in <b>Japonia</b> .
1550 Lainez sequitur exercitum hispanum ad litus Africanum.	1551 Borgia sacerdos.		<b>Barzæus</b> (Bærtz † 1553) ex <i>Armuzia</i> (Ormus) vocatur <i>Goam</i> ut rector istius Collegii.
1551. 1. Maj. Josephus Anchieta novitius Conimbriæ.	1552 <b>C. Viennense</b> , ubi 6. Aug. moritur Claud. Jajus.		1552. 2. Dec. <b>Fr. Xaverius</b> profecturus in Chinam — in insula Sancian moritur.
1551 Borgia sacerdos.	1552 Romæ Ignatius inchoat <b>C. Germanicum</b> .		<b>P. Mendez</b> in ora <i>Piscaria</i> † martyr et <b>P. Vallez</b> † vi tormentorum et privationum.
Siliceus, archiepisc. Toletanus persequitur Societatem.			
1552 Perturbatio magna in <i>Prov. Lusitaniæ</i> : discedunt 130 e Societate. Mich. de Torres, missus Visitator rem componit. — <b>C. Ulyssiponense</b> .			

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<i>Angl.</i> Maria 1553—58.		1553 Ignatius Constitutiones, experimenti causa, ita tamen ut vim legis non haberent, mittit in Hispaniam, Lusitaniam et in aliquot alias Provincias.	1553 <b>C. Romanum.</b> Laudinus et Montemajor ut Visitatores apostolici petunt insulam <i>Cor sicam</i> .
1555 Pax religionis Augustana (Reservatum ecclesiasticum).	1555 <b>Marcellus II.</b> a S. Ignatio 2 quos apud se haberet theologos postulaverat. Assignati fuere Jacobus Lainez et Martinus Olavius. At Pontifex, antequam coronaretur, obiit 29. Aprilis 1555.	1553. 26. Mart. <i>Epistola</i> de obedientia.	1553 <i>Sicilia</i> constituitur <i>Provincia</i> , primo Provinciali Hieronymo Domenech. Messanæ Hieronymus Otello incipit Orationem 40 horarum, quæ paulatim introducitur in omnibus S. J. templis in Sicilia; sed etiam Perusiæ et Senis.
1556. 7. Sept. Carolus V. abdicat Imperium († 21. Sept. 1558).	1555—59 <b>Paulus IV.</b> Bellum infelix cum Philippo II.	1554 Ignatius <i>Natalem</i> coadjutorem sibi in Generalatu adjungit, sed vere 1555 iterum negotiis vacat.	1554 A Jo. Francisco Araldo cum consensu Ignatii <i>Maceratæ</i> instituitur Societas in honorem SS. Sacramenti ad promovendam frequentem communionem.
<i>Germ.</i> Ferdinandus I. 1556—64.		1555. 16. Feb. <i>Epist.</i> ad Claudium Imperatorem <i>Æthiopiæ</i> de primatu Papæ et unitate Ecclesiæ; 23. Feb. eidem commendat Patriarcham Nuñez cum sociis.	1554 Decretum facultatis theologicæ <i>Parisiensis</i> contra Societatem.
<i>Hisp.</i> Philippus II. 1556—98.		1556 <b>Ignatius</b> abdicat se administratione in manus <b>PP. Polanci, Matriti, Natalis</b> ; et <b>moritur</b> feriæ sexta, 31. Julii.	1556 <b>C. Billomense</b> fundatur ab Episcopo Claromontano Du Prat.
		Hoc tempore Societas in 100 fere domibus numerabat plus 1000 socios, quorum 40 tantum erant professi. <i>Provinciæ</i> erant 12: Italiæ, Sicilia, Lusitaniæ, Aragoniæ, Castellana, Bætica seu Andalusia, Germaniæ Superioris et Inferioris, Franciæ, Indiæ, Brasiliæ. In <i>Æthiopiæ</i> expeditio apostolica erat in itinere.	1556 Emmanuel Gomez et Jo. Montaigne <i>Maceratæ</i> , spectaculo obsceno, quod dabatur <i>triduo ante quadragesimam</i> , opposuerunt expositionem Sanctissimi Sacramenti per 40 horas cum fructu admirabili.
			1556 Jam Socii erudiebant juventutem <i>Italiæ</i> in 20 urbibus: Romæ, Tibure, Neapoli, Florentiæ, Senis, Perusiæ, Laureti, Gubbii, Genuæ, Bononiæ, Ferrariæ, Mutinæ, Patavii, Venetiis, Messanæ, Panormi, Monteregali, Bivonæ, Syracusis, Cataniæ, in quibus habebant <b>C.</b> saltem inchoata.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
1553 Ignatius, ut agitationes in Lusitania finiret, Simonem Rodriguez advocat.		1553—58 Sub Maria Catholica Catholici in Anglia respirant; hæresis extirpatur, primatus Sanctæ Sedi restituitur.	1553 <b>Jos. Anchieta</b> appulit <i>Brasiliam</i> , cujus <b>Apostolus</b> est futurus (1567—97).
Fit promulgatio Constitutionum in Lusitania, dein in tota Hispania per Hieronymum Natalem, commissarium.	1555 Canisii „Summa doctrinæ christianæ“ Viennæ in lucem prodit.		Eodem anno <i>Brasilia</i> constituitur Provincia sub Emmanuele Nobrega præposito.
1553 <b>Dpr.</b> Ulyssiponensis.	1555 Canisius inchoat Coll. <i>Pragense</i> quod innumeris difficultatibus diu laborat.		
1554 <i>Hispania</i> dividitur in 3 Provincias: <i>Castellanam</i> , <i>Aragonicam</i> , <i>Bæticam</i> (Andalusis).	1555 S. J. intrat <i>Tornacum</i> , quæ Belgii civitas prima omnium, jura corporatio- nis ei concedit 1558.		1554. 18. Feb. Solvunt 42 socii cum <b>P. Vallignano</b> Visitatore, Goam versus, ut in locum peste mortuorum succedant.
Borgias creatur commissarius Hispaniæ et Lusitanæ.			
1555 <i>Cæsaraugustæ</i> gravissima commotio contra Societatem in fundatione Collegii.	1555—1556 Ribadeneira <i>Bruzellis</i> agit cum Philippo II., ut Societas in Belgio tanquam persona juridica agnoscat, id quod rex a consensu magistratuum dependere jussit.	1555 Salmeron, primus Jesuitarum in <i>Polonia</i> , ut comes Lipomani, Nuntii Apostolici.	1555 Missionarii pelluntur e <i>Congo</i> . — <b>Jo. Nuñez</b> cum aliquot sociis in <i>Abyssiniam</i> destinatus in Indiam solvit, sed Andrea Oviedo ejus socio ab isto Imperatore frigide recusato Goæ subsistere cogitur.
1555 Initium Collegiorum <i>Hispalensis</i> et <i>Granatensis</i> .			
1556 Melch. Canus Vallisoleti explicat Ep. 2am ad Tim. contra Societatem.	1556 <b>C.</b> <i>Ingolstadiense</i> . Ignatius erigit Provincias Germaniæ <i>Superioris</i> 7. Jul. 1556 (Provinciali Canisio), et <i>Inferioris</i> (nominato sed mox mortuo Provinciali Bern. Oliverio) cujus 1us Provincialis fit		1555 <b>Melchior Nuñez</b> , bis Cantonem profectus, primus Jesuita <i>Chinam</i> attigit.
Natalis per Hispaniam colligit eleemosynas pro <b>C.</b> Romano. Mortuo Ignatio redit Romam.			
1557 a Domino Petro Quadrato ejusque uxore <b>C.</b> <i>Metymnense</i> fundatur.	1558 Everardus Mercurianus.		
30	31	32	33

## B. Incrementa interna

### 2. Generales Lainez, Borgia,

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<i>Lus.</i> Sebastianus 1557—78.		<b>Lainez, Jacobus</b> (natus 1512 Almazonæ in Castella, socius Ignatii a 1534) creatur Vicarius generalis. Congregatio generalis in Novembrem 1556 indicta primum differtur in Aprilem 1557, deinde ad terminum remotiorem ob bellum Pontificis cum Hispania.	1558 <i>Italia</i> dividitur in 3 Provincias: <i>Neapolitanam, Lombardicam, Etruscam.</i>
<i>Angl.</i> Elisabeth 1558—1603 persequitur Catholicos.	Pontifex (Paulus IV.) voluit Generalem ad 3 tantum annos eligi et chorum in Societate introduci. Quare communis recitatio officii cœpta fuit 29. Sept. 1558, at mortuo 18. Aug. 1559 Paulo IV. finem habuit.	1558 denique (19. Jun. — 10. Sept.) congregatis Romæ 20 professis, Lainez suffragiis 13 electus est Generalis.	1559 Trevisani, Patriarcha <b>Venetiarum</b> , Societati infestus.  Accusantur Jesuitæ, quod ut confessori nobilium feminarum se immisceant in rationes status. P. Palmius Duci Friuli ostendit severitatem Instituti circa puncta prædicta et futilitatem accusationum; conceptum decretum socios ejiciendi declinat.
1559 Centuriæ Magdeburgenses edi cœptæ sunt.		<b>Decreta I. Congregationis:</b> <i>A. Ante electionem</i> non nisi de quæstione electionis agunt omnibus aliis exclusis; uti etiam in proximis Congregationibus. Imo juxta decr. 115 p. e. decreta a. e. in futurum obligatoria non sunt, nisi p. e. confirmantur. At Congregatio II. decr. 51. ista decreta confirmavit usque ad proximam Congr. quæ iterum de iisdem egit. Unde paulatim orta est <b>Formula Congregationis generalis</b> a IV. Congr. approbata, i. e. methodus accurata eligendi et res tractandi, quæ excolebatur magis a Congregationibus VI. VII. VIII. X. XI. XII. XIII. et XVIII.	In <i>Gallia</i> PP. <b>Augerius, Cou-dretus, Pelletier</b> Calvinismum oppugnant.
<i>Gall.</i> Franciscus II. 1559—1560.	1559—65 Pius IV., per sanctum suum nepotem <i>Carolus Borromæum</i> fautor primum Societatis, post mortem Cardinalis Carpi se ipse protectorem ejus constituit. At cum <b>Ribera</b> suavesse diceretur rigorosæ Caroli vivendi rationis, favor Pontificis imminutus, remoto demum in missiones Ribera, iterum revixisse traditur.	<i>B. Postelectionem:</i> 1. circa electionem et rationem res tractandi in Congr.; 2. examinatio et approbatio Constitutionum; 3. alia decisiones, ut de electione, officio, juribus Assistentium, et examen iteratum regularum jam existentium cum determinatione novarum pro singulis muneribus.	1560 <b>Ant. Possevinus</b> (ingr. 1559 annos natus 26) magno cum fructu in <i>Sabaudia</i> laborat, eodemque modo 1562 sq. cum Augerio in Gallia meridionali.
1560 † † Melanchthon, Gustavus Vasa, Melch. Canus.			1561 <b>C. Turnonense.</b>  1561—62 Lainez cum Polanco interest Pissiaci (Poissy) disputationi de religione. Deinde per Belgium et Germaniam petit Tridentum.
34	35	36	37

# et externa Societatis 1556—1750.

## Mercurianus 1556—1580.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1557 Ut obtineretsuo nepoti successione in Lusitania (post mortem Sebastiani) Carolus V. misit Borgiam ad Catharinam viduam Joannis III. Borgia quantumvis invitus Imperatori satisfacit eique postea de actis Ulyssipone retulit in monasterio S. Justi.</p>			<p>1559 Saquedus, successor Claudii in <i>Abyssinia</i>, persequitur Oviedum et socios.</p>
<p>1558 Borgia visitat Provincias Lusitanam et Hispanas. <i>Conimbrica</i> numerabat 150 scholasticos. — <i>Complutenses</i> 34, quorum non pauci erant Doctores, Societati nomen dedere. — Moriens Carolus V. designat testamentarios Philippum II. et Borgiam. — Granatæ calumnia de violato sigillo sacramentali. — In Prov. Aragoniæ 20 socii moriuntur in cura peste infectorum.</p>	<p>1558 <b>Canisius</b> profecturus in Poloniam <b>Ingolstadil</b>, <b>Viennæ</b>, <b>Pragæ</b> religiosam disciplinam strictissimam inculcat. Ferdinandus I. concedit Societati, ut in omnibus terris suis hæreditariis juxta Institutum versetur et operetur magistrisque suspectis amotis Jesuitas substituit. E Polonia reversus <b>Canisius</b> 1559 in comitiis <i>Augustanis</i> magnam civium partem ad Ecclesiam reducit.</p>	<p>1558 <b>Canisius</b>, primus post Salmeronem Jesuita in <b>Polonia</b>, ingenuo suo agendi modo effecit, ut comitia Petricovicensia contra novatores insurgerent.</p>	<p>Patriarcha Nuñez † Goæ 1561.</p>
<p>1559 Inquisitio hispana inscribit in Indice librorum prohibitorum „<b>Opera Ducis Gandiæ</b>“, cum quibus pernixte impressa erant alia aliorum auctorum jure prohibenda. — Domus in „<i>Alrezin</i>“ Granatæ ad convertendos Mauros. — <b>Joan. Ramirius</b> et <b>Antonius Matritus</b> eloquentia insignes.</p>	<p>1559 Inchoatur <b>C. Monacense</b>.</p> <p>1560 in Belgio, urgente gubernatrice Margarita, cui Ignatius fuerat a confessionibus, tandem <i>Lovaniensis</i> magistratus Societati proprium domicilium concessit.</p>	<p>1560 <b>David Wolfius</b> ut Nuntius apostolicus petit <i>Hiberniam</i>.</p>	<p>Intrant Jesuitæ in terram <b>Cafrorum</b> : <b>Consalvus Silveria</b> cum sociis <b>Andrea Fernandio</b> et <b>Andrea Acosta</b> adit Gambam, regem Tongensem, qui Mosarangas gubernabat, eumque cum uxore, liberis et Proceribus multis baptizavit. At cum postea in <i>Monomotapa</i> uberes fructus collegisset, <b>Silveria</b> a Mahumetanis 1561 strangulatur, <b>Acosta</b> febris succumbit, <b>Fernandus</b> ob pravitatem istius gentis redit in Indiam.</p>
<p>Novæ domus <i>Gadibus</i>, <i>Metymnæ campi</i>, <i>Toleti</i>.</p> <p>1560 Borgia in <i>Lusitania</i>. Graves calumniæ contra ipsum in <i>Hispania</i>.</p>			<p>Franciscus Goveanus diu fere frustra laborat in <i>Angola</i>.</p>
38	39	40	41

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Gall. Carolus IX. 1561—74.	1561. 13. Apr. <i>Etsi ex debito</i> : privilegium construendi domos etiam intra 140 cannas (canna = circa 2 metra).	Constitutiones examinabantur a) quoad res contentas, quæ approbatæ sunt ut in originali; pauca tamen et minoris momenti extincta, mutata, addita fuere; imo Congregatio jus sibi ademit mutandi quidquam in punctis essentialibus Constitutionum; b) quoad elocutionem et editionem, quæ res in V. Congr. tantum aequaliter decisa fuit.	1561. 15. Sept. Cum Pissiaci admissio Jesuitarum in Gallia a conventu Cleri gallicani postulata esset, Societas tandem
1562 S. Theresia († 1582) reformat ordinem B. Mariæ de Monte Carmelo.	1561. 19. Aug. <i>Exponi nobis</i> : potestas conferendi gradus academicos in philosophia et theologia.	1558. 12. Dec. <i>Epist. ad PP. et FF. qui sunt in India</i> : de magnitudine suscepti operis et conservatione spiritus in illa missione.	1562. 13. Feb. a Parlamento admittitur sub nomine „Societatis C. Claromontani“ sub conditione, ut ab usu sui veri nominis et privilegiorum abstineat. — Inchoatur C. <i>Parisiense</i> .
1563. 39 articuli „ecclesiæ anglicanæ.“	1564 Pius IV. Brevis ad Imperatorem dato Societatem defendit contra diversas accusationes.	1565. 19. Jan. † Lainez. Tunc Societatis erant Provinciae 18, PP. 3500, domus 130, Assistentiæ 4: Italiae, Germaniæ (cum Gallia et Polonia), Lusitaniæ, Hispaniæ.	1562 <b>Broetus</b> cum 2 sociis peste infectis serviens moritur Parisiis 14. Sept.
1563 Catechismus Heidelbergensis.	1566—1572 Pius V. generatim favet Societati. Jesuitæ concionatores pontificii, vertunt Catechismum Tridentinum, præparant editionem Bibliarum (Emm.Sa).	<b>Borgia, Franciscus</b> (Gandiæ natus 28. Oct. 1510) in II. Congr. generali electus est	1563 Lainez <i>Tridenti</i> celebrem illam orationem de Primatu habuit.
1563. 3.—4. Dec. (Sess. 25. cap. 16.) Conc. Tridentinum laudat et approbat Societatem Jesu.	1566. 17. Jan. <i>Aequum reputamus</i> : de privilegio adversus Apostatas.	1565. 2. Jul. suffragiis 23 e 31; de qua re summe gaudebant Pius IV. et V. Borgia, postulante postea Pio V., ut chorus in Societatem introduceretur, et omnes post novitiatum ad professionem admitterentur, pro sua prudentia cum firmitate Instituti puritatem servavit intactam, nec tamen Pontificis perdidit favorem.	1563 <b>Prima Congregatio Mariana</b> Romæ instituta per scholasticum <b>Joannem Leunis</b> .
Germ. Maximilianus II. 1564—1576.	1567 damnantur 76 propositiones Baji.	<b>Decreta II. Congregationis:</b> A. <i>Ante electionem</i> : de electione et ordine negotiorum ad modum fere I. Congregationis.	1564 C. <i>Mediolanense</i> .
1564 Symbolum Tridentinum.	43	44	1564 aperitur C. Claromontanum <i>Parisiis</i> , ubi
Insulæ Philippinæ reperiuntur.	43	44	1564 — 76 <b>Jo. Maldonatus</b> docet philosophiam et theologiam et explicat S. Scripturam magno cum successu. Postea Bituricis (Bourges) multos reconciliat Calvinianos.
1564 † Calvinus.	43	44	<i>Lugduni</i> <b>Augerius</b> et <b>Possevinus</b> catholicos confirmant contra hæresin. Prior 1564 in-trepidus servit pestiferis, dum Possevinus Avenione laborat pro Collegio erigendo.
1566 Catechismus Romanus.	43	44	Creatur Prov. <i>Aquitaniæ</i> 8. Aug. 1564.
1567 damnantur 76 propositiones Baji.	43	44	45
Dux de Alba in Belgio (1567—73) severitate nimia irritat Protestantas.	43	44	45

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1561 Borgia scribit ad Regem et petit Romam, ubi paulo post Vicarius creatur.</p> <p><i>Natalis</i>, designatus Visitator Societatis in Europa, visitat <i>Lusitaniam</i> et <i>Hispaniam</i>.</p>	<p>1561 Archiep. Strigonien-sis Jesuitas vocat in <b>Hungariam</b> ubi calamitatibus non carent.</p>		<p>1561 <b>Christophorus Rodericius</b> et <b>J. B. Elianus</b> apud Patriarcham Cophtorum Gabrielem in urbe <b>Memphi</b>. Victis doctoribus Ægyptiis a plebe impetuntur, sed nihilominus cum legatione Alexandrina Tridentum revertuntur.</p>
<p>1562 Idem <i>Castellam</i> dividit in 2 Provincias: <i>Castellanam</i> et <i>Toletanam</i>.</p>	<p>1562 rediens Tridentum Lainez <i>Antverpiæ</i> domum præparat, quæ 1563 aperitur. — Canisius 1562 Tridenti ut theologus.</p>		<p>1561 In <b>Pr. Indiæ orientalis</b> <b>jam sunt</b> 12 missiones:</p>
<p>1563 Triguerenses in Baetica, apud quos <b>C. a. S. J.</b> 1562 susceptum fuerat a <b>Bustamantio</b> excoluntur prædicationibus.</p>	<p>1562 Primum <i>Belgii</i> <b>C. Tornaci</b>.</p>		<p><b>C. Goanum</b> S. Pauli cum sociis 79 (Sacerd. 22, Schol. 29, Coad. 28); dein <b>Bacaim</b>, <b>Damao</b>, <b>Tana</b>, <b>Cochim</b>, <b>Coulao</b>, <b>Manar</b>, <b>Malaca</b>, <b>Maluca</b>, <b>Japonia</b>, apud Joannem sacerdotem, <b>Cafraria</b>, cum 69 sociis; universi 148.</p>
<p>Hispalensis <b>Ci.</b> florens status auget Societatis bonam existimationem; quæ etiam remigibus ægris operam impendebat: 5 in hoc obsequio moriuntur.</p>	<p>1563 Otto Truchses fundat <b>C. Dilinganum</b>. —</p> <p>A Provincia Germaniæ Superioris separatur <i>Austria</i> sub Provinciali <b>Lanoyo</b>.</p>	<p>1564 <b>Thomas Chingius</b> valetudinis causa Angliam petere jubetur, ubi nutantes quosdam firmavit in fide et aliquot primarios ab hæreticis deceptos reconciliavit. † 1565.</p>	<p>1562 prima sedes Societatis in <i>China</i> <b>Macaensis</b>.</p>
<p>1563. 12. Jan. Breve quidem, sed sanctum et fructuosum in Societate conclusit curriculum vitæ <b>Antonius Matritus</b> (ingr. 1555.)</p>	<p>1564 <b>Universitas Dilingana</b> nomine Societatis a Canisio suscepta.</p>		
<p>1564 <b>Ramirez</b> concionatur Salmanticæ felici exitu, unde permulti studentes ad religiosos ordines transeunt.</p>	<p>1564 Germania Inferior dividitur in <b>Pr. Rhenanam</b> et <i>Germaniæ Inferioris</i> seu <i>Flandriæ</i>.</p>	<p>1564 Fit Vice-<b>Pr. Poloniæ</b> (sub Austria).</p>	
<p>1565 Cardinalis Henricus fit <b>C. Ulyssiponensis</b> fundator.</p>	<p>1565 Canisius Nuntius ap. in <i>Germania</i>.</p>	<p>1565 <b>C. Brunsbergæ</b> (Card. Hosius).</p>	
<p>1566 Conimbricæ primum docetur <i>scientia media</i> a <b>Petro Fonseca</b>.</p>			

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<p>1568 Bulla „Cœnæ“ de censuris Papæ reservatis a Pio V. jubetur ubique promulgari.</p>	<p>1568. 29. Apr. <i>Innumerabiles fructus</i>: omnis facultas celebrandi contractus penes Generalem residet, nec Societas capitulariter est convocanda.</p>	<p><i>B. post electionem</i> hæc sunt majoris momenti:</p> <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Substantialia Instituti non immutanda;</li> <li>2. Collegia non quam plurima, sed bene fundata admittenda;</li> <li>3. Scholasticatus et Novitiatus in quavis Prov. erigendi (cf. Congr. I. decr. 127.);</li> <li>4. Potestas Provincialium ordinaria a Generali declaretur, extraordinaria conferatur cui magis convenire videbitur; Commissarii vero non nisi ad tempus constituendi;</li> <li>5. Congr. generalis non certis temporibus cogenda, sed num cogenda, a Congr. Procuratorum 3.<sup>o</sup> quoque anno habenda decernatur;</li> <li>6. de abdicatione, extractione, distributione bonorum;</li> <li>7. bona immobilia domibus professis habere non licet, etiam post Concilii Trid. (Sess. 25. cap. 3. de Regul.) concessionem;</li> <li>8. Generalis est instituere Provincias et admittere Collegia; ipse est Præpositus D. Romanæ; etiam Vicarius generalis potest inire contractus;</li> <li>9. Constitutionum versio latina revideatur, item regulæ, quæ abbreviandæ sint; at <i>Summarium</i> integrum servetur;</li> <li>10. Congr. Provincialis non cogatur, nisi ob Congr. generalem aut Procuratorum;</li> <li>11. Rectoribus non designandum triennium;</li> <li>12. qui ultima facit vota aut fit Rector, per 40 dies intra annum doctrinam christianam doceat;</li> <li>13. beneficia curata non admittenda; quæ speciem habent negotiationis vetantur;</li> <li>14. arcula pro eleemosynis in ecclesiis ne ponatur;</li> <li>15. nomen „Don“ a nullo usurpandum.</li> </ol>	<p>1565 <i>Possevinus</i> a Carolo IX. accipit literas patentes pro Societate in Gallia. At Universitas odio mota principem protestantem de Condato conatur incitare ad pellendos Jesuitas. Rothomagi, Deppæ etc. <i>Possevinus</i> convertit multos protestantes.</p> <p>1566 <i>Perpinianus Parisiis</i> juvenum animos vehementer inflammavit orationibus classicæ latinis „de vetere religione retinenda“. Scripsit etiam apologiam Societatis.</p>
<p>1568. 5. Jun. Hoorn et Egmont Bruxellis capite plexi.</p>	<p>9. Jul. 1568 Pius V. <i>Breviarium Romanum</i> ipsius jussu reformatum omnibus Ecclesiis, quæ non ab annis 200 habebant proprium Breviarium, per Bullam præscribit.</p>		<p>Christophorus Rodriguez purgat <i>Calabriam</i> ab hæresi, quæ a Salmerone oppugnatur <i>Neapoli</i>.</p> <p>S. <i>Carolus Borr.</i> juvatur a <i>Palmio</i> ad decreta Tridentina executioni danda.</p>
<p>1568 Congregatio „a Somascha“ ut ordo religiosus approbatur.</p>	<p>1568 Pius V. Jesuitas <i>Duaci</i> liberat ab omni juramento in statuta Universitatis et ab obligatione mercedem pro instruenda juventute postulandi: quas duas res Universitas volebat imponere.</p>		<p>1567 <i>Augerius Turnone</i> advolans, <i>Lugdunum</i> prudenti sua importunitate ab incursu Hugonottorum defendit. Ipse cum <i>Possevino</i> scripsit libellum „Miles christianus“ pro exercitu catholico, quem (missione 1568 <i>Massiliæ</i> pro damnatis ad triremes habita) 1569 sequitur in pugna contra rebelles usque ad victoriam sub Monteconturum (3. Oct.).</p>
	<p>1569 SS. Pontifex Jesuitis Pœnitentiariorum munus ad Basicam Vaticanam et</p> <p>1570 iisdem Pœnitentiariis C. Vaticanum tradit.</p>	<p>1568 Primæ Congregationes Provinciales pro Congr. Procuratorum.</p>	<p>1567 Missiones plurimæ eum magno fructu fiunt e C. Romano in variis Italiæ diocesisibus, C. Gymnasium amplius jam 1000 frequentabant auditores.</p>
50	51	52	53

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>In <i>Hispania</i> Episcopi juvantur a Jesuitis in synodis, ut Concilium Tridentinum executioni mandentur.</p> <p>1567 Visitatores mittuntur: Mich. Torres in <i>Lusitaniam</i>, Æg. Gonzales Dávila in <i>Castellam</i> et <i>Aragoniam</i>, Barth. Bustamantius in <i>Bæticam</i> et <i>Toletanam</i> provincias.</p> <p>1567 <b>Dpr. Vallisoletana.</b></p> <p>1567 Missionem in insulis <i>Canariis</i> obeunt Jacobus Lopus et Laurentius Gomius.</p> <p>1568 In <i>Lusitania</i> Sebastianus jam maturus imperio cum ardore acceptat quæ Borgia proponit. Hic studet socios procul tenere a negotiis status, imo 3 confessarios vult ab aula revocare.</p> <p>1569 Ulyssipone 18 socii peste laborantibus inservientes obiere.</p> <p>1569 Rebello Maurorum. Socii in exercitu Joannis Austriaci et in classi Ludovici Requesensis. Profligatorum Maurorum postea patrociniū suscipiunt.</p>	<p>1566 Canisius <i>Augustæ</i> obtinet unacum legato pontificio Commendone in comitiis Germaniæ decreta opportuna; reducit in <i>Austria</i> multos hæreticos. At senatus Austriacus postulat expulsionem Jesuitarum, et <b>C.</b> Viennense vi expugnatur. Decretis tamen Universitatis Viennensis contra Jesuitas Maximilianus II. assensum jam præbitum, intercedente Laurentio Magio Roma misso, retrahit.</p> <p>1566 In Belgio seditione facta socii expulsi sunt e domo Tornacensi, in quam postea iterum redierunt.</p> <p>Novas tribulationes attulit bellum Geusiorum.</p> <p><b>Congregationes Marianæ</b> jam a primis in Germania Jesuitis inter studiosos institutæ multum fructum tulerunt; 1565 Viennæ erecta est una pro Italia, et procedente tempore aliæ pro civibus in variis Germaniæ urbibus.</p>	<p>1566 <b>C. Pultoviæ.</b> Societas donatur a Rege jure publico et civitate polona.</p> <p>1567 <i>Stanislaus Kostka</i>, a Canisio, qui eum Dilingæ exceperat, Romam missus, et <i>Stanislaus Varsavivius</i>, ambo Poloni, intrant in Societatem.</p> <p>1568 <i>Laurentius Magius</i>, Austriæ Provincialis, a Pio V. in <i>Poloniam</i> mittitur, ut regem Sigismundum II. cum uxore reconciliaret. Tum primum <b>C.</b> Polonica invisit Provincialis curavitque ut Brunsbergensi <b>C.</b> ad 30 socios alendos a Cardinale Hosio supplerentur media necessaria litterisque fundationis ultima manus accederet.</p> <p>1568 <b>Petrus Scarga</b> Polonus, concionator jam erat magni nominis, cum Romæ suum tyrocinium incepit.</p>	<p>In <i>Brasilia</i> jam fundaverant multas residentias Jesuitæ.</p> <p>1565 Tempore magnæ pestis <b>Jacobæus, Gonsalez</b> et alii bonos se præbendo medicos, nosocomos, pastores animarum indigenas ad fidem disponunt. <i>Ludovicus Grana</i> grave inter Lusitanos dissidium componit.</p> <p>1566 <b>Petrus Martinus, Jo. Rogerius</b> et Coadjutor temporalis <b>Franc. Villaregius</b> adveniunt in <i>Floridam</i>, ubi fructus exiguus. Martinus mox necatur a Tacatucuranis qui odio habebant Hispanos.</p> <p>1567 <b>Hieron. Ruitius Portillus</b> nominatus Provincialis, Philippo II. postulante, cum 7 sociis in <i>Peruviam</i> tendit, ubi, 1568 adfecti, splendide recipiuntur. Magnificum mox <b>C. Limæ</b>, aliud 1571 inchoatur <i>Cuschi</i>. Parochiarum acceptatio cursu temporis controversias cum Ordinariis creat, alias difficultates admissio sociorum non satis formatorum. Quare parochias abdicare student, et tandem Portillus revocatur.</p>
54	55	56	57

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1571. 7. Oct. Victoria christianorum in pugna navali contra Turcos apud Naupactum, Joanne Austriaco duce.	1571. 10. Mart. <i>Cum litterarum</i> : Præceptores S. J. etiam ubi sunt Universitates, publice possunt docere, et eorum auditores in Universitatibus ad gradus debent admitti.	1569. Aprili. <i>Epist. ad PP. et FF. Prov. Aquitaniam</i> : de mediis conservandi spiritum Societatis et vocationis nostræ.	1568 <b>Ecclesia S. J. Romæ SSo. Nomini Jesu dicata</b> . Eodem anno Dpr. 2 conduntur: una in urbe <i>S. Angeli</i> (in Samnio), altera <i>Nolæ</i> .
1572. 24. Aug. Cædes multorum Hugonottorum Parisiis (dicta: nuptiæ cruentæ Parisienses). Catharina de Medicis.	7. Jul. <i>Dum infessæ</i> : Societas ex Instituto mendicans omnium ordinum mendicantium privilegiis gaudet.	1572. 1. Oct. † <b>Borgia</b> , qui erexerat <b>Pr. Romanam</b> (1567), <b>Peruanam</b> (1568), <b>Mexicanam</b> (1572).	1569 Neapoli Benedictus Palmius magno cum fructu concionatur.
1572. 23. Dec. Joannes Sylvanus, Antitrinitarius, in urbe calvinistica Heidelbergæ supplicio capitis afficitur, quamquam publice retractare paratus erat.	1572 — 85 <b>Gregorius XIII. C.</b> Romanum dotavit et Societati hæc concessit privilegia: 1) 1572. 25. Maj. <i>Æquum reputamus</i> : eligendi conservatores et iudices in quibusvis causis forensibus; 2) 1573. 28. Febr. <i>Ex sedis apostolicæ</i> : tribus votis emissis, etiam ante Professionem, recipiendi ordines et recitandi Breviarium privatim; 3) 1575. 8. Jan. <i>Exponi nobis</i> : legendi libros hæreticos et emendandi libros aliorum; 4) 1575. 3. Maj. <i>Decet Romanum Pontificem</i> : gaudendi privilegiis omnium Ordinum (at omnia privilegia concessa censentur Generali ab eoque singulis concedi possunt); 5) 1576. 11. Febr. <i>Unigeniti Dei Filii</i> : medendi citra adustionem et incisionem;	<b>Mercurianus, Everardus</b> (1514 in Marcour natus, ingr. Parisiis 1548) a S. Ignatio factus Vicepræpositus <b>Dpr. Romanæ</b> , postea Provincialis Germaniæ Inferioris, 1565 Assistentis Germaniæ, 1569 Aquitaniam et Franciæ Visitor, a III. Congreg. 1573. 23. Apr. electus fuit 27 suffragiis ex 47. — Greg. XIII non optans Generalem Hispanum libertatem tamen Congr. concedens, præmoneri tantum voluit, si Hispanus esset eligendus. Sed Mercurianum dignum esse declaraverat. Rex Sebastianus et Card. Henricus Infans rogaverant Papam, ut electionem descendentis a Mauris vel Judæis omnino impediret.	1570 Possevinus Cæsaroduni (Tours) et in Concilio Veson-tino, ubi promulgatur Tridentinum.
1574 Oratorium S. Philippi Nerii.		<b>Decreta III. Congregationis:</b> <i>A. ante electionem</i> : Cum modus procedendi jam esset satis ordinatus, de electione sola est actum. Majoris momenti decretum est, ut informationes circa eligendum non nisi a membris Congregationis juxta Interrogatorium ad hoc confectum petantur. <i>B. post electionem</i> : 1. diversæ quæstiones circa electionem et negotia decisa sunt; 2. optatus proprius Assistentis Galliæ, quæ ad Assistentiam Germaniæ pertinebat, negatur (conceditur a Congr. VI.).	1572 Inchoatur <b>C. Burdigalæ</b> liberalitate senatoris Francisci Baulani. Concionibus Edmundi Haii, Bertrandi Roserii et aliorum 1200 hæretici uno mense conversi sunt.
			1572 Borgia in aula regia Galliæ expeditionem pro causa christiana et matrimonium Sebastiani cum principissa Margarita non obtinuit. — In nuptiis cruentis Parisiensibus Jesuitæ nullam habebant partem. Maldonatus solus vocatus fuit ad convertendum Henricum de Navarra, qui minis regiis cedens et catholicum externe se professus mox iterum descivit.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1571 <b>Borgia</b> cum Card. Alexandrino in <i>Hispaniam</i> mittitur, ut Philippum II. ad fœdus contra Turcos moveret et res Mediolanenses et Siculas discriminis plenas componeret. Utrumque feliciter perficit.</p> <p>1571 In pugna navali apud <i>Naupactum</i> assistunt militibus 4 Patres et 4 Coadjutores.</p> <p>1572 <b>C.</b> Matritensis scholæ cœptæ non sine pugna; <i>Borgia</i> in <i>Lusitania</i>.</p> <p>1572 <i>Villagarcensis Dpb.</i> et <b>C.</b>, quæ postea ab insigni benefactrice Domina Magdalena de Ulloa plene fundata fuerunt.</p> <p>In <i>Hispania</i> semper magis dilatabatur Societas, at jam apparebant prænuntia procellarum interiorum. Inæqualitas graduum, modus electionis et potestas Generalis oppugnabantur libello qui dicebatur Jesuitæ male contenti. Alius Jesuita jam tunc proprium pro Hispania postulabat caput. Ribadeneira mandato Mercuriani scripsit refutationem.</p> <p>1573 Simon Rodriguez in Lusitaniam redit.</p> <p>1575 <i>Tarraconæ Dpb.</i> a Cardinale Cervante instituitur.</p>	<p>1569 Adam Höller, Regens <b>Cv.</b> Pragensis, apostata. Canisio mandatur, ut confutet <i>Centuriatores Magdeburgenses</i> (Vol. I. Diling. 1571, Prag. 1583); idem Herbipoli 1568 jam refellit rumorem de sua ipsius apostasia. — <b>C. Halense.</b></p> <p>1570 Societas <i>Græcii</i>. — Stephanus Bathory vocat Societatem in <i>Transylvaniam</i>, et princeps abbas <i>Fuldensis</i> in suam ditionem. Protestantibus in conventu principum expulsionem Jesuitarum postulanti- bus Maximilianus II. respondet, se debere Turcos prosternere, non expellere Jesuitas.</p> <p>1571 Canisius Æniponti Ferdinandi II. archiducis concionator aulicus.</p> <p>1573 <b>C. Græcense.</b> — <i>Vien- næ</i> et <i>Pragæ</i> multi reducuntur Protestantes.</p> <p>1570 <b>Robertus Bellarminus Lovanii</b> orationes latinas habet, et primus in Societatis <b>C.</b> consentiente Universitate, Theologiam docere cœpit, quod 6 dein continuavit annis.</p>	<p>1570 Elisabetha spretis Nuntiis apostolicis, per bullam Pontificis regno Angliæ privatur.</p> <p>1570—1575. <b>C. Vilnense</b> in Lithuania. — Primi Jesuitæ mortui in obsequio peste infectorum.</p> <p>1571 <b>Franc. Toletus</b> Cardinali Commendono comes adjunctus ad regem <i>Poloniæ</i>, ut ipsum ad fœdus cum catholicis contra Turcos ineundum moveret. Quod et factum est.</p> <p>Conversio Chodkievicii et Radzivillorum. — <i>Varsavitius</i> et <i>Pet. Scarga</i> Vilnæ.</p> <p>Episcopum Laureum <i>Scotiam</i> petentem complures comitati sunt Socii.</p> <p>In <i>Suecia</i> Joannes III. (1568—92), a matre catholica inductus ad tractandum de religione paratus est.</p>	<p>1568 <b>Melchior Carnerius</b>, Nicenus Episcopus, primus Japoniæ et Sinarum Præsul in oppido <i>Ama- chaensi</i> (Jap.) — Formatur <i>Nangasachensis</i> Christianitas a Gaspare Villela.</p> <p>1568 <i>Limæ</i> in regno Peruviano templum et <b>C.</b> inchoantur.</p> <p>1570. 15. Jul. † <b>Ignatius de Azevedo</b> et 39 Socii martyres necati a Soria, calvinista et archipirata.</p> <p>1571 <b>J. B. Segura</b> et 7 Socii occiduntur in Florida, et missio ista relinquitur.</p> <p>1572 <i>Borgia</i>, Philippi II. votis obsecundans, <i>Petrum Sancium</i>, Rectorem Complutensem, nominatum Provincialem, cum Sociis 15 in <b>Mexicum</b> mittit.</p> <p>In <i>Japonia</i> majores in dies progressus: 1573 missionarii 8 tantum, at 1579 jam 29 in 3 districtibus, <b>C.</b> et <b>Dpb.</b> ubi juxta statuta <i>Valignani</i> 1580 etiam Japonenses recipiebantur.</p> <p>1574 in Bartholomæi regis ditione fides propagatur.</p>
62	63	64	65

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<p>Gall. Henricus III. 1575—1589.</p> <p>1562—98 Bella 8 in Gallia contra Hugonottos.</p>	<p>6) 1576. 16. Jul. <i>Quæcunque sacrarum</i>: exemptionis a publicis supplicationibus;</p>	<p>3. Admonitori vel Assistenti mortuo vel absentis alius non a Congregatione substituatur, sed nominetur juxta Constitutiones a Generali consentiente pluralitate Provincialium;</p> <p>4. secreta suffragatio in Congr. gen. non fit circa negotia, at semper in eligendis personis;</p> <p>5. de distributione et abdicatione bonorum;</p> <p>6. ne nimia fiant C. sed potius plures Dpr;</p>	<p>1572 Palmius, Peruccius, Adornus, Gagliardus in <i>Langobardia</i> promovent educationem juventutis juvantque S. Carolus, cujus favore multa C. inchoantur, sed complura, utpote nimis sibi vicina, mox relicta sunt.</p>
<p>Germ. Rudolphus II. 1576-1612.</p>	<p>7) 1576. 30. Oct. <i>Salvatoris Domini</i>: ædificandi intra 140 canas, quod magis explicatur (postea ab Urbano VIII. restrictum ad consensum Episcopi juxta Conc. Trid.);</p>	<p>7. de electione Definitorum (jam in I. et II. Congr. 6 PP. ad præparanda decreta et celeriorum expeditionem negotiorum, de quorum auctoritate cf. Congr. II. decr. 26. 32.).</p> <p>8. Etiam non professi possunt esse Superiores professorum;</p> <p>9. quæstio de pileis Coadjutorum committitur Generali decidenda (cf. Congr. I. decr. 95.);</p> <p>10. Generalis regulas componat pro magistro novitiorum, et ordinem quendam pro novitiis;</p> <p>11. approbantur decreta a Definitoribus præparata.</p>	<p>1575 Benoit, membrum facultatis theologicæ se opponit Augerio ob inductam adorationem perpetuam. — <i>Maldonatus</i> ab Universitate oppugnatur, quod dixerat, Immaculatam Conceptionem non esse articulum fidei; favet ei Card. Archiep. Gondy. Epistola trium Doctorum ad Papam, et defensio Provincialis Matthæi.</p> <p>Augerius, confessarius Henrici III. regem ad christianam vitam duendam hortatur.</p>
<p>Pol. Stephanus Bâthory 1575—1586.</p>	<p>8) 1576. 18. Dec. <i>Apostolicæ Sedis</i>: alienandi et in emphyteusim dandi bona domorum et collegiorum (postea revocatum ab Urbano VIII. pro Europa juxta legem generalem pro Regularibus);</p>	<p>Sub finem anni 1574 universa Societas numerabat Socios 3905, inter quos erant 1172 sacerdotes (Ex catalogo manuscripto omnium nominum).</p>	<p>1576. 20. Dec. † Romæ Joannes Polancus optime de Societate meritis.</p> <p>1577 Pestis magna in meridionali Gallia; Socii serviunt ægrotis.</p>
<p>1576. 13. Febr. Fœdus Duce Henrico Guisio initur inter Galliæ dynastas catholicos ad tuenda regni jura et religionem propugnandam contra Hugonottos.</p>			<p>1578 Pr. <i>Langobardica</i> dividitur in <i>Venetam et Mediolanensem</i>.</p>
<p>1577 Formula Concordiæ.</p>			<p>1579 Dpr. <i>Neapoli</i>.</p> <p>1579 Maldonatus convertere perguit Hugonottos usque ad portas Rupellæ (La Rochelle). Augerius fugit ab aula, ne purpura decoretur, et inchoat C. <i>Divionense</i>.</p>

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae
<p>1576 Complutense C. fundatum a Domina Maria de Mendoza.</p>	<p>Canisius legationes suas in Germania continuat, Romam ad consultationes de negotiis ecclesiasticis Germaniæ proficiscitur, legatos Moronum et Delfinum ad comitia comitatur.</p>	<p>1574 Varsevitiu a Papa missus tendit <i>Holmiam</i>; 1576 sequitur Laurentius Nicolai Norvegus, 1577 Possevinus († 16. Feb. 1611).</p>	<p>1574 Jesuitæ docere cœperunt in <i>C. Mexicano</i>.</p> <p>1574. In Brasilia multum Socii conferunt ad barbarorum mores immutandos.</p>
<p>1577 Sodalitia B. V. Vallisoleti, Matriti, Bellomontis Romanæ aggregantur.</p>	<p>In <i>Belgio</i> multæ tribulationes ob bellum, quamvis faverent Requesens, Jo. Austriacus et Farnesius.</p>	<p>1575 <i>Polonia</i> ut Provincia separatur ab Austria. Stephanus Bathory rex fautor Societatis; dat litteras benevolentia plenas 1577.</p>	<p>1575 Missio Francisci Lucæ et Angeli Latini in <i>Cretam</i> insulam.</p> <p>1576. In regno Arimano rex et 15.000 Japones baptismum suscipere. Meacensis Ecclesia, templo magnifico constructo, magnos facit progressus.</p>
	<p>1575 Inchoantur C. Antverpiæ, Brugis, Trajecti ad Mosam.</p> <p>Strenue oppugnatur Bajus, imprimis Lovanii a <b>Bellarmino</b> 1570—77, ejus lectiones theologicas etiam Protestantes ex Neerlandia et Anglia frequentabant. Post discesum Bellarmini Bajus iterum palam docere cœpit.</p>	<p>1578—1579 Fundatio Academiae <i>Vilnensis</i>.</p> <p>1578 <b>C. Anglicanum</b> in Urbe ceptum 1579 Societati committitur.</p>	<p>1577 Catechismus Malabarica lingua primum impressus.</p> <p>1579 Balthassar Barreira <i>Angolam</i> petit.</p> <p>1578. Ex inchoato <b>C. Arequipano</b> in <i>Peruvia</i> per Proregem expelluntur Jesuitæ, sed jussu Regis paulo post redeunt.</p>
<p>1578 Sebastianus rex Lusit. una cum suo Confessario in pugna contra Mauros Alcassarensi succumbit, Ludovicus Gonsalvus, ejus educator præceptorque, frustra eum ab expeditione Africana dehortatus fuerat.</p>	<p>1578 Jesuitæ expelluntur Antverpia, Brugis, Duaco, Trajecto, Tornaco, Cameraco ob fidelitatem erga regem Hispaniæ; sed revocantur sub gubernio Farnesii.</p> <p>Missio in <i>Transylvaniam</i> 1577; <b>C. Claudiopoli</b> 1579.</p>	<p>1579 <i>Cracoviam</i> se conferunt Aloysius Odescalcus et Basilius Cerinus; et <b>Possevinus</b> jussu Pontificis iterum <i>Holmiam</i>.</p> <p>1580 Comitata <i>Vadstenensia</i>. Joannes III. recedit ab Ecclesia nec tamen ulli sectæ nomen dat. Filius ejus catholicus Sigismundus a patruo Carolo, patre Gustavi Adolphi, regno <i>Sueciæ</i> privatur. Jesuitæ serviunt peste laborantibus, postea <i>Holmiam</i> relinquant.</p>	<p>1578. Thomas <b>Regius</b> et J. B. <b>Elia-nus</b> apud <b>Maronitas</b>, quorum Patriarcha legationem ad Papam miserat. Postquam iste præsul promisit aboliturum se quosdam errores in liturgia et abusum divortiorum, Patres Romam rediere.</p> <p>1579 <b>Rudolphus Aquaviva</b> in aula <b>Magni Mogoris</b> permanet sine fructu.</p>
<p>1579. 15. Jul. † <b>Simon Rodriguez</b> Ulyssipone.</p>			<p>1579. <i>Mich. Rogerius</i> Italus Macaum advenit et 1581 in <i>Quamcheu</i> moratur, primus in China Jesuita.</p>

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia																																				
<p>1578 † Joannes Austriacus. Alexander Farnesius in Belgio.</p> <p>1578. 23. Maj. † Laurentius Surius Carthusianus Coloniae.</p> <p>Lus. Henricus 1578—1580.</p>	<p>9) 1578. 1. Jan. <i>Pa- storalis officii</i>: exemp- tionis a decimis;</p>	<p><b>Pr. Romana et Tusca 1571.</b></p> <table border="1"> <tr> <td>Domicilia 16:</td> <td>Socii:</td> </tr> <tr> <td>Dpr. Romana . . . . .</td> <td>80</td> </tr> <tr> <td>C. Romanum . . . . .</td> <td>130</td> </tr> <tr> <td>Dpb. S. Andreae . . . . .</td> <td>40</td> </tr> <tr> <td>C. Pœnitentiariæ . . . . .</td> <td>20</td> </tr> <tr> <td>Sem. Romanum . . . . .</td> <td>23</td> </tr> <tr> <td>C. Germanicum . . . . .</td> <td>23</td> </tr> <tr> <td>Florentiæ . . . . .</td> <td>15</td> </tr> <tr> <td>Senis . . . . .</td> <td>13</td> </tr> <tr> <td>Perusiæ . . . . .</td> <td>15</td> </tr> <tr> <td>Foropopili (Forli) . . . . .</td> <td>12</td> </tr> <tr> <td>Laureti . . . . .</td> <td>45</td> </tr> <tr> <td>Maceratæ . . . . .</td> <td>15</td> </tr> <tr> <td>In civitate S. Angeli . . . . .</td> <td>8</td> </tr> <tr> <td>Terremi . . . . .</td> <td>13</td> </tr> <tr> <td>Tibure . . . . .</td> <td>13</td> </tr> <tr> <td>Tusculi . . . . .</td> <td>4</td> </tr> <tr> <td>Universi . . . . .</td> <td>469</td> </tr> </table>	Domicilia 16:	Socii:	Dpr. Romana . . . . .	80	C. Romanum . . . . .	130	Dpb. S. Andreae . . . . .	40	C. Pœnitentiariæ . . . . .	20	Sem. Romanum . . . . .	23	C. Germanicum . . . . .	23	Florentiæ . . . . .	15	Senis . . . . .	13	Perusiæ . . . . .	15	Foropopili (Forli) . . . . .	12	Laureti . . . . .	45	Maceratæ . . . . .	15	In civitate S. Angeli . . . . .	8	Terremi . . . . .	13	Tibure . . . . .	13	Tusculi . . . . .	4	Universi . . . . .	469	<p>In Gallia S. J. intra spatium 35 annorum (1540—1575) ac- quisivit jus civitatis, emisit multos missionarios in dice- ceses, condidit 14 C., Socios numeravit tot, ut 2 Pr., Franciæ et Aquitaniæ jam formatæ essent.</p>
Domicilia 16:	Socii:																																						
Dpr. Romana . . . . .	80																																						
C. Romanum . . . . .	130																																						
Dpb. S. Andreae . . . . .	40																																						
C. Pœnitentiariæ . . . . .	20																																						
Sem. Romanum . . . . .	23																																						
C. Germanicum . . . . .	23																																						
Florentiæ . . . . .	15																																						
Senis . . . . .	13																																						
Perusiæ . . . . .	15																																						
Foropopili (Forli) . . . . .	12																																						
Laureti . . . . .	45																																						
Maceratæ . . . . .	15																																						
In civitate S. Angeli . . . . .	8																																						
Terremi . . . . .	13																																						
Tibure . . . . .	13																																						
Tusculi . . . . .	4																																						
Universi . . . . .	469																																						
<p>1579 Provinciæ 7 septentrionalis Neerlandiæ protestantes defi- ciunt a corona Hispaniæ sub principe Gulielmo Arausico.</p>	<p>10) 1578. 7. Maj. <i>Quanta in vinea</i>: In- dulgentiæ plen. semel in anno in ecclesiis Socie- tatis, celebrandi missas una hora ante auroram et post meridiem, pro- movendi ad gradus per studiorum præfectum, concurrendum Univer- sitatum lectoribus.</p>	<p>1579 Durante controversia S. Caroli cum governatore Aya- monte Julius Mazzarinus S. J. e suggestu vituperavit Cardi- nalem. Quare Roman citatus per 2 annos a prædicando suspenditur et ad veniam pe- tendam obligatur.</p>	<p>1579 Durante controversia S. Caroli cum governatore Aya- monte Julius Mazzarinus S. J. e suggestu vituperavit Cardi- nalem. Quare Roman citatus per 2 annos a prædicando suspenditur et ad veniam pe- tendam obligatur.</p>																																				
<p>Lus. Philippus I. (= II. in Hisp.) 1580—1598.</p>			<p>1580. Bajus a <i>Toledo</i> movetur ad palam retractandos errores.</p> <p>Floret gymnasium <i>Mussipon- tanum</i> claritate auditorum et numero.</p>																																				
<p>1579—1594 Fœdus septem sta- tuum sub nomine Hollandiæ.</p>	<p>11) 1579. 1. Oct. <i>Usum altaris viatici</i> restituit.</p>		<p>1580 Gregorius XIII. C. Illyri- cum <i>Laureti</i> conditum Socie- tati committit.</p> <p>1580. 3. Apr. † Romæ Hierony- mus Natalis, plenus dierum.</p>																																				
<p>1579—1597 Gulielmus V. dux Bavariæ, fautor S. J. († 7. Feb. 1626).</p> <p>1580 Bellum cum Hugonottis et 26. Nov. pax de Fleix.</p>	<p>12) 1579, 23. Dec. <i>Cum sicut accepimus</i>: lucranda indulgentias aliarum ecclesiarum in ecclesiis Societatis.</p>	<p>1580. 1. Aug. † <b>Mercurianus</b>. Constituerat Pr. Poloniæ, Me- diolanensem, Venetam. Rede- gerat in ordinem maximam partem libri regularum. Socie- tas anno 1579 in 21 Pr. numerabat 5165 Socios, 10 Dpr., 144 C., Dpb. separatas 12, R. 33.</p>	<p>1580 <i>Parisiis</i> Dpr. instituitur. Sæviente peste ægrotis Socii inserviunt.</p>																																				
<p>1581 Edicta contra catholicos in Hollandia et Anglia.</p>			<p>1581 Gregorius XIII. C. Ro- manum redditibus auget et fabricam magnificam ædifi- candam curat.</p>																																				

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1579 <b>C.</b> Hispalense numerabat 900 scholares, Cordubense 800; Vallisoletanum 1577 excolebat 600, totidem Palentinum, Numantinum (Soria) 400; Burgense et Segoviense utrumque 300, Legionense 600, totidem <b>C.</b> Montis Regalis, Metinnense plus quam 300, Bellomontanum 400, Barcinonense 140 studiosos theologiæ. Eodem tempore etiam Sodalitates B. M. V. cœperunt florere in Hispania.</p> <p>1579. <b>Dpr.</b> Valentia et Hispali.</p> <p>Complures Socii, Ulyssipone serviendo peste infectis, obiire 1579 et 1580.</p>	<p>1578 <b>Dpb.</b> Germaniæ Sup. <i>Landspergæ.</i></p> <p>1580 <b>C.</b> <i>Friburgi</i> in Helvetia, in quo <i>Canisius</i> moratur 1580—1597.</p> <p>1580 <b>C.</b> <i>Paderbornense</i>, ab Episcopo Fürstenberg 1604 copiose dotatum et 1614 in Universitatem promotum.</p> <p>1581 <i>Coloniæ</i> Societati ædes libera et 1 <b>C.</b> dantur.</p> <p>1581 Ernestus a Bavaria fundat <b>C.</b> <i>Leodiense.</i></p> <p>1584 <i>Fuldæ</i> Gregorius XIII fundat <b>Sem.</b> pontificium.</p>	<p>1580 <b>Campianus</b> et <b>Personius</b> cum 10 sociis in <b>Anglia</b>, ubi uno anno 10.000 ad Ecclesiam reducunt.</p> <p>1581 Lex pœnalis in <i>Anglia</i> contra omnes Jesuitis hospitium præbentes.</p> <p>1581 1. Dec. Martyrium <i>BB. Edmundi Campiani</i> et <i>Alexandri Brianti.</i></p> <p>1580 † Franciscus Sunyerius, primus Poloniæ Provincialis.</p> <p>1580 Iwanus IV. <b>Russiæ</b>, victus a Stephano Bathory, rege Poloniæ, Papam ut mediatorem interpellat, qui</p> <p>1581 mittit <b>Possevinum.</b> Bathory rejicit armistitium. Possevinus <i>Moscæ</i> splendide receptus, negotiationibus pacis præsidet, quæ</p> <p>1582 finiuntur cum bono successu pro Polonia et Russia.</p> <p>Sed in vanum postea in Russia Possevinus agit ad promovendam rem catholicam.</p> <p>In <i>Transylvania</i> oppugnat novatores Hermanstadii et fundat domus Societatis.</p>	<p>1578 Limanum <b>C.</b> in Peruvia numerabat 300 scholares; et totidem <b>C.</b> Mexicanum, in quo ultimo duæ Sodalitates B. M. V. florere cœperant 1576.</p> <p>1579 Valignanus Visitator in <i>Japonia</i>, ubi tunc erant Socii 65, christiani ad 10.000.</p> <p>1580 <b>Elianus</b> et <b>Bruno</b> cum donis Papæ pretiosis <i>Maronitas</i> adeunt. Omnis clerus profitetur symbolum Tridentinum, Patriarcha pallio decoratur. Catechismus et canones a Brunone compositi acceptantur. Patres cum Episcopis visitant dioceses.</p> <p>1580 <b>Dpr.</b> <i>Goæ.</i></p> <p>1581 Ingreditur Societas insulas <i>Philippinas.</i></p> <p>1581 <i>Meaci</i> Valignanus († 1606) honorifice recipitur. Rejicit postulatam quorundam Patrum qui serica utendum esse veste contendebant. Japonenses enim bene distinguere sciebant inter paupertatem voluntariam et coactam.</p> <p>1581 <i>Goæ Indi</i> 1500 baptizati sunt.</p>
78	79	80	81

### 3. Generalis Aqua-

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<p>5. = 15. Oct. 1582 Calendarium Gregorianum (in quod operam contulerat Christophorus Clavius S. J.).</p> <p>1582 Nuntiatura Coloniensis.</p>	<p>Greg. XIII.:</p> <p>13) 1582. 3. Apr. <i>Exponi nobis</i>: aperiendi litteras S. Pœnitentiariæ.</p> <p>14) 1582. 5. Aug. <i>Ex debito</i>: alienandi ad census redimibiles (extenditur).</p> <p>15) 1582. 22. Sept. <i>Cum alias</i>: transeundi ad alios ordines (de licentia Generalis).</p>	<p><b>Aquaviva, Claudius</b> (nat. 1543 Neapoli, ingr. 1567) Præpositus Pr. Neapolitanæ, postea Romanæ;</p> <p>1581. 19. Feb. electus fuit Generalis omnibus fere 57 suffragiis.</p>	<p>Novæ D. <i>Florentiæ</i> et <i>Tibure</i>.</p> <p>1581. 12. Feb. Neapoli † Christophorus Rodericius meritis onustus, laboribus fractus.</p> <p>1582 ab Aquitania separatur Pr. <i>Lugdunensis</i>.</p>
<p>1583 Vicarii Apostolici in Hollandia.</p>	<p>16) 1582. 22. Sept. <i>Pium et utile</i>: suscipiendi ordines a quolibet Antistite (Leo XII.: non servatis interstitiis).</p>	<p><b>Decreta IV. Congregationis:</b></p> <ol style="list-style-type: none"> <li>1. retinenda meditationis hora a Borgia inducta;</li> <li>2. Generalis potest erigere novas Provincias;</li> <li>3. nullum determinatum tempus præscribendum pro professione, quæ</li> <li>4. iis tantum est concedenda, qui cursum philosophiæ et theologiæ absolverunt (aliquot exceptiones determinatæ postea factæ sunt);</li> <li>5. Generalium declarationes circa constitutiones et decreta Congr. vim non habent legis, sed ordinationes tantum sunt administrativæ;</li> <li>6. Generali commendatur, ut pro casu mortis Vicarium nominet;</li> <li>7. ad dissolutionem Collegii vel Domus requiritur consensus Congregationis generalis, et si differri nequit, Provincialium Europæ et extra Europam illius Provinciæ, in qua est dicta D. vel C.</li> <li>8. Assistenti mortuo substituetur alius a Generali cum consensu Provincialium tantum Europæ;</li> <li>9. ratio studiorum examini subijciatur;</li> <li>10. deputati ad Congr. generalem toties quoties in Congr. provinciali sunt eligendi;</li> <li>11. approbantur regulæ Assistentium et aliæ;</li> <li>12. qui votis scholasticorum nuncupatis a Societate deficiunt, declarantur apostatæ.</li> </ol>	<p>1582 <i>Biturigibus</i> 5 Socii serviendo ægrotis peste sublatis sunt.</p> <p>Circa 1580 in Pr. <i>Veneta</i> cum aliquot Socii, ignorantes ipsos terminos theologiæ, ad ordines sacros promoti essent, remedium a Visitatore et Generali fuit applicatum.</p>
<p>1583 Gerardus Archiepiscopus Coloniensis apostata.</p>	<p>17) 1583. 1. Febr. <i>Quanto fructuosius</i> — nova confirmatio Instituti; omnes etiam vota simplicia emittentes, veri sunt religiosi.</p> <p>18) 1584. 25. Mai. <i>Ascendente Domino</i>: explicatur natura istorum votorum quæ iterum confirmantur.</p> <p>19) 1584. 10. Sept. <i>Satis superque</i>: exemptionis a jurisdictione Episcoporum.</p> <p>20) 1584. 13. Oct. <i>Exponi nobis</i>: transeundi secundo ad Carthusiam non nisi de licentia Generalis.</p> <p>21) 1584. 20. Nov. <i>Vigore privilegii</i>: concionandi ante susceptionem ordinis sacri (iterum concessum).</p> <p>22) 1584. 5. Dec. <i>Omnipotentis Dei</i>: erectio primariæ Congregationis.</p>	<p>1583. 5. Jan. Romæ † <i>Jo. Maldonatus</i>, vir exactæ doctrinæ nec minoris pietatis ac prudentiæ.</p> <p>1583 C. <i>Neapolitanum</i> dotatur a Roberto Caraffa Matalunæ Duce. — Dpr. <i>Panormi</i>.</p> <p>1583 C. Dolanum. — Edm. Augerius postulante rege Societatem pœnitentium instituit.</p>	

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
1581 Initia <b>C. Gerundensis</b> .	In Germania per exercitia S. Ignatii multi sacerdotes et religiosi ad fidem et bonam frugem reducti sunt.	1582 Sem. pontificium <i>Vilnæ</i> fundatur. — Petrus Scarga ordinat initia domicilii <i>Rigensis</i> , ubi hæresis prævaluerat. —	1582 nobilis <i>legatio Japonensis</i> (omnes 4 legati postea ingressi sunt Societatem) in Europam missa elementer recipitur 1585 a Philippo II., Gregorio XIII., Sixto V.
1582. 20. Jan. <i>Michael Marcos</i> Salmanticæ per Prudentium Montemajorem facit defendere scientiam mediam et rejicere prædeterminationem physicam. Bannesius 16 theses, quæ tamen in Marcossii propositionibus non inveniuntur, enumerat erroneas. Incipiunt aliquot Dominicani insectari Societatem, contra quos Aquaviva petit auxilium a Gregorio XIII.	1582 <b>C. Confluentinum</b> .	Initia <b>C. Lublinensis</b> læta.	1582. 27. Dec. Mich. Rogerius et Franc. Pasius cum Sciauquinum, in urbem Provinciæ Sinensis Cantoniæ, pervenissent, a Prorege benevolentissime recepti sunt.
1582 Missiones utiles per Hispaniam: Laurentius de S. Joanne Manresæ. — <b>C. Talabricæ</b> conditur a Cardinali Quiroga.	1583 <i>Coloniæ</i> templum Societatis pridie festum Assumptionis B. M. V. consecratur a Nuntio apostolico Francisco Bonhomio.	1583 <i>Cracoviæ</i> Societati sedes certa tribuitur. — Initium <i>Calissiensis C. Missiones</i> per Poloniam et Livoniam.	Eodem anno mense Augusto <i>Matthæus Riccius</i> , discipulus Clavii, Amacuum appulit.  1582 Balth. Barreira in regno <i>Angolæ</i> regulum <i>Mocumbæ</i> cum multis subditis baptizat.
1583 Missio 4 Sociorum in Pyreneis, aliorum per diocesim Toletanam.	In Belgio magis magisque diffunditur Societas favente Farnesio, qui fassus est, se eadem uti ad stabilienda ea quæ armis parata erant.	1583 Possevinus in comitiis <i>Varsaviensibus</i> curat, ut decreta catholica fiant et arbiter rem inter Imperatorem et regem Poloniæ controversam decidit. Quæ tamen opera cum viderentur nimis politica, petente Aquaviva a Papa revocatur legatio Possevini. Hic cum gaudio obediens pergebat agere contra hæresin in <i>Livonia, Hungaria superiore, Bohemia</i> . Dein factus est præceptor S. Francisci Salesii in <b>C. Pataviensi</b> . Possevinus † 1611 <i>Ferrariæ</i> .	1582 Incipitur missio in <i>Philippinis</i> .
1582—1584 Abulæ Didacus Peredo O. Pr. impugnat vota post biennium novitatus emitti solita, quæ tamen constituere vere et proprie religiosos declarat bulla „Quanto fructuosius“ et etiamnum clarius bulla „Ascendente Domino“. — Causa sub Sixto V. sententia S. Officii 24. Jan. 1590 in favorem Societatis decisa est.	1583—94 Fundantur <b>C. Cortraci, Gandavi, Ypris, Valencenis, Montibus, Insulis, Luxemburgi</b> . <i>Oliverius Manaræus</i> , ob indefessam in tanta re consumtam operam ab Aquaviva vocatur <i>Pater Provinciæ</i> (Germ. Infer. vel Fland.).	1583 Possevinus in comitiis <i>Varsaviensibus</i> curat, ut decreta catholica fiant et arbiter rem inter Imperatorem et regem Poloniæ controversam decidit. Quæ tamen opera cum viderentur nimis politica, petente Aquaviva a Papa revocatur legatio Possevini. Hic cum gaudio obediens pergebat agere contra hæresin in <i>Livonia, Hungaria superiore, Bohemia</i> . Dein factus est præceptor S. Francisci Salesii in <b>C. Pataviensi</b> . Possevinus † 1611 <i>Ferrariæ</i> .	1583 Floret <b>M. Japonica</b> .
1584 Philippus II. confirmat privilegia Societatis omittendo restrictiones decreti anni 1556.	1584 Philippus II. confirmat privilegia Societatis omittendo restrictiones decreti anni 1556.	1584 Philippus II. confirmat privilegia Societatis omittendo restrictiones decreti anni 1556.	15. Jul. 1583 Martyres 5 Salsetani duce <i>B. Rod. Aquaviva</i> . Eorum sanguine irrigata terra dedit fructum uberem et 1584 baptizati sunt 1500 gentiles.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1584. 10. Jul. Gulielmus Arausicus occiditur.	23) 1585. 28. Jan. <i>Ex pastoralis officio</i> : Japonia solis Societatis missionariis excolenda reservatur, omnibus aliis sacerdotibus exclusis. 1585. 10. Apr. † Gregorius XIII.	1581. 28. Jun. <i>Epist.</i> : De felici progressu Societatis. 1583. 29. Sept. <i>Epist.</i> : De renovatione spiritus. 1583. Nov. <i>Epist.</i> : De 3. probationis anno, cui omnes post studia vacare debent.	1584 † Car. Borromeus in brachiis Francisci Adorni confessarii post ultimam missam in D. S. J. Aronæ dictam. 1584 C. <i>Mantuanum</i> .
1585 Fœdus Dynastarum catholicorum (Ligue) in Gallia initum ad regni jura tuenda et propugnandam religionem.	1585—90 Sixtus V. initio satis fautor Societati tradit gubernium C. Maronitarum et concedit Jubilæum. 1585. 1. Maj. <i>Cælestis Patris</i> : studii generalis Universitas in C. S. J. Græcensi sub auctoritate pro tempore existentis rectoris instituitur.	1584 Congregatio 6 Patrum jussu Præpositi Generalis de ratione studiorum instituta: confectus duplex tractatus, unus de opinionibus seligendis, alter de scholarum administratione. 1586. 19. Mai. <i>Epist.</i> : De studio perfectionis et caritate fraterna.	1585. 13. Febr. † Alphonsus Salmeron Neapoli. — Eodem anno 25. Nov. Societatem ingressus est <i>Aloysius Gonzaga</i> . 1585 Discidium ortum inter Henricum III. et fœderatos catholicos in magnam perplexitatem et majora pericula conjecit Jesuitas in Gallia, cum quidquid egissent, ab alterutra parte sinistre interpretandum videretur. <i>Claudius</i> quidem <i>Matthæus</i> , quum occasione Congregationis Procuratorum in Urbe versaretur, Gregorium XIII. clam adiit, ut ei rem fœderatorum commendaret, id quod regem infestissimum nobis reddidit. At cum <i>Matthæus</i> inscio Generali, iterum Romam venisset, Aquaviva, Sixto V. de re edocto, <i>Matthæum</i> Romæ tantisper retentum 1586 Lauretum misit, ubi vir ceteroquin obediens consuetis muneribus Societatis vacavit. <i>Henricus</i> vero <i>Samerius</i> , qui ad diversos principes discurrerat, Leodium amandatus quievit.
<i>Pol.</i> Sigismundus III. 1587—1632.	1587. 5. Jan. <i>Superna dispositione</i> : facultas erigendi Congregationes in C. et primariæ aggregandi extenditur ad alias non scholarium, etiam in D., erigendas.	1586 Libellus de <i>ratione studiorum</i> , ut singulæ provinciæ judicium de eo perscriberent. 1587. 28. Mart. <i>Epist.</i> : De quibusdam mediis ad conservationem Societatis facientibus.	
1587. 18. Feb. Maria Stuarta capite plectitur.	29. Sept. <i>Romanum decet Pontificem</i> : eadem facultas confirmatur.		
90	91	92	93

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1584. <b>C.</b> restituitur <i>Angræ</i> in insula Tertia Lusitaniæ.</p> <p>1577—1595 Alonsus de Avendaño O. Pr. oppugnat Institutum S. J. vehementibus concionibus et spargit calumnias contra Socios in multis civitatibus. Causa finita fuit per Nuntium apostolicum Camillum, Patriarcham Alexandrinum, sententia d. Matriti 5. Jan. 1595, qua sub censuris dictum Patrem Alonsum vetat dicere quidquam contra Societatem et ambabus partibus de eis quæ facta sunt, imponit silentium.</p>	<p>1584 <b>Sem.</b> erigitur <i>Claudiopoli</i>.</p> <p>1585—1588 fere tota <i>Francia</i> procurante principe episcopo Julio Herbipolensi per missiones Ecclesiæ reconciliatur. Virtute et eloquentia præditus præ aliis <i>Gerardus Phycnius</i> mentes auditorum præparabat.</p> <p>1585 Emericus Forsler, Rector <b>C.</b> Græcensis calumniis appetitus apud Sixtum V. a Claudio Romani vocatus coram Pontifice plene purgatur et honoratur.</p> <p>Eodem anno <i>Græcii</i> Academia universalis instituitur.</p>	<p>1584. Christophorus Radzivil munifice fundat <b>C.</b> <i>Nesuisiense</i>.</p> <p>1584. In <i>Scotia</i> Gordonus Huntlæus, ab a. 1585 Edmundus Hayus et Johannes Duræus S. J. rem strenue gerunt.</p> <p><i>Poloniæ</i> rex Stephanus favet Societati.</p> <p>1585 <b>Dpb.</b> <i>Cracoviæ</i>; sodalitates scholarium et civium (P. Scarga). — Socii <i>Rigenses</i> turbis per hæreticos excitatis ad tempus discedere coguntur. — <b>C.</b> Derpatense apud Estonas. Petrus Scarga Adamum Copichum, insignem Calvinianum, et Christianum Franchen bis apostatam, Ecclesiæ restituit.</p>	<p>1584 Missiones per Cretam, Charnos, Istriam; Ragusæ, Cathari, et per oram Illyricam.</p> <p><i>Julius Mancinellus Constantinopoli</i> catholicorum curam habet maxime captivorum, quæ missio 1609 a 5 Sociis, præside <i>Francisco Canillaco</i> instauratur.</p> <p>1585 Legati <i>Japones</i> in Urbe apud Pontificem.</p> <p>1585 <i>Rogerus</i> et <i>Almeida</i> in interiores Sinarum provincias penetrant.</p> <p>1585 <i>Gaspar Coellius</i> Japoniæ <b>V. Pr.</b> a rege Cambacundono humaniter receptus diploma in favorem religionis christianæ impetrat. — In regno Bungensi 12.000 baptizantur.</p>
<p>1585 <i>Gadibus</i> gymnasium latinitatis.</p>	<p>1585 <i>Paderbornæ</i> scholæ Societatis aperiantur.</p> <p><i>Gandavense C.</i> inchoatur, <i>Antverpiense</i> restituitur.</p> <p>Inde ab anno 1586 in territorio <i>Fuldensi</i> per Catecheses et conciones multa loca ad religionem catholicam reducta sunt. Idem fit in Helvetia, Bavaria, Alsatia.</p>		<p>1586 <b>Franc. Angulus</b> et <b>Alfonsus Barsana</b> missi in <i>Tucumaniam</i> cum magno fructu laborant, 2 stationibus positis in oppido S. Jacobi, et Saltæ. Barsana 20.000 ethnicos quadriennio baptizasse fertur.</p>
<p>1586 Incarcerantur ab Inquisitione <i>hispanica</i> Ant. Marcén, Provincialis Toletanus et alii tres. Fit processus qui durat per biennium. Hac occasione Dion. Vasquez, et alii Socii memorialia offerunt Inquisitioni et Regi contra Institutum.</p> <p>1587 Commissarius pro Hispania, quem Congregatio provincialis Castellæ optaverat, denegatur.</p>	<p>1586 Lue in Transylvania exorta extincti sunt Socii 27 inter opera caritatis.</p> <p>1587. In <i>Belgio</i> Farnesius Societati tradit <i>missionem castrensem</i>. Thom. Sailly, primus Superior.</p>	<p>1585—1596 Turbæ graves Romæ in <b>C.</b> Anglicano — sopitæ.</p>	<p>1587 † Franciscus, rex Bungi religiosissimus promotor fidei.</p> <p>1587 Persecutio in <i>Japonia</i>. <i>Tai-cosama</i> prohibet legem Christi et 22 ecclesias evertit. Jesuitæ occulti manent in Imperio.</p>
94	95	96	97

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1588 Hispana classis maxima apud Angliam perit.		Hispani aliquot Socii, Franc. Abreus, Consalvus Gonzalez, Henricus Henricius, alii, duce Dionysio Vasquez, qui sub Borgia gravioribus muneribus functus erat, essentialia quædam Constitutionum ope civilis magistratus mutare et suæ nationi principatum in Societate vindicare conabantur. Sixtus V. causam ad suum forum traxit, et nomen quidem „Societas Jesu“ non nisi impugnatum reliquit, alia multa mutata voluit v. g. receptionem in novitatum, ad prima vota, graduum distributionem, modum correctionis fraternæ, alia. Aquaviva obediturum quidem se promisit, sed recusavit, alio quam Pontificis nomine dare litteras circulares, cum mutare Constitutiones ipsi non liceret. At Sixtus V. mortuus est (27. Aug. 1590) nondum firmatis litteris circularibus.	Ceteri in Gallia socii nil anti- quius habuere, quam regulæ et præceptis Generalis obedire. Ita <i>Edm. Augerius</i> Henrici III. confessarius ipse omni conatu egit, ut ab aula dimitteretur, sed Lugduni, ubi facta regis defendit, non longe abfuit, quin in Rhodanum conjicere- tur (1589). † Comi 1591.  Socii Burdigalenses ab omni politica actione abstinentes, exilium potius elegerunt, quam desse obedientiæ. Itaque 1. Aug. 1589 dispersi sunt et initium C. Auscitano (Auch) dedere.  1587 Laurentius Magius, visi- tator Gallia.  1587 <b>Dpb.</b> Neapolitana, in quam Nola novitii transeunt.  1588 Robertus Bellarminus epistolam S. Ignatii de obe- dientia („cæca“) contra Socios discolos et alios aggressores defendit.
1588 Martyrologium Romanum. Annales Baronii.			
1588 Jo. Pistorius, vir oppido eruditus, in Spirensi C. Ec- clesiæ reconciliatur die Pente- costes.			
1589. 1. Aug. Henricus III. a Jacobो Clemente occisus.			
1589. 6. Sept. <i>Sacra religio</i> : indulgentia ple- naria in forma jubilæi omnibus Sociis conce- ditur.	1589. 6. Sept. <i>Sacra religio</i> : indulgentia ple- naria in forma jubilæi omnibus Sociis conce- ditur.		1588 <b>C.</b> <i>Aniciense</i> .
<i>Gall.</i> Henricus IV. 1589—1610.			1589 Jesuitæ litteris regis <i>Bur- digala</i> exclusi discedunt. — Admittitur <b>C.</b> <i>Auscitanum</i> et <i>Petrocoricense</i> .
1590 Jacobus, marchio Baden- sis, convertitur ad fidem catho- licam.	1590 <b>Urbanus VII.</b>  1590—1591 <b>Gregorius XIV.</b>	1590. 12. Jan. <i>Epist.</i> : De fine missionis Indicæ. 12. Mai: De Jubilæo.	1590 <b>C.</b> <i>Salerni</i> et <i>Consentia</i> ; sodalitates utrobique. — Mis- siones per Italiam.
1590 Jacobus, marchio Baden- sis, convertitur ad fidem catho- licam.		1591 Mutationes in Instituto a Sixto V. postulatae per bullas (dd. 28. Jun. et 30. Aug.) Gregorii XIV. cassantur.	1590. 3. Mart. <i>Aloysius</i> concio- natur in patria (Castiglione delle Stiviere), et plurimi pec- cata confitentur.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ												
<p>1587 <b>Dpb.</b> <i>Hispalensis</i>.</p> <p>1588 Socii incarcerati absolventur ab Inquisitione. Rex vult Societatem visitari per episcopum, quod tamen factum non est.</p> <p>1588. In lucem prodit liber <i>Ludovici Molinæ de concordia gratiæ et liberi arbitrii</i>, approbatus ab Inquisitione Lusitana, obnitente frustra Bannesio; quem librum multæ religiones et Universitates laudantes comprobabant. Dominicani tantum, nec ordo totus, sed pars quædam eum acriter oppugnabant.</p>	<p>1587 Sedes <i>Monasterii</i> in Vestfalia; <b>C.</b> inchoatur 1588 Rectore Petro Michaele.</p> <div data-bbox="368 535 662 914" style="border: 1px solid black; padding: 5px;"> <p><b>Pr. Austria 1588:</b></p> <p><b>C.</b> Viennense, Pragense, Olomucense, Græcense, Crumloviense;</p> <p><b>Dpb.</b> Brunensis.</p> <p><b>M.</b> Varalliensis, Selliensis, Wratislaviensis, Fürstenfeldensis;</p> <table style="width: 100%; border-collapse: collapse;"> <tr><td style="padding-right: 10px;">sacerdotes</td><td style="text-align: right;">89</td></tr> <tr><td>præceptores</td><td style="text-align: right;">59</td></tr> <tr><td>discipuli</td><td style="text-align: right;">39</td></tr> <tr><td>coadjutores</td><td style="text-align: right;">54</td></tr> <tr><td>novitii</td><td style="text-align: right;">21</td></tr> <tr><td style="border-top: 1px solid black;">Socii</td><td style="border-top: 1px solid black; text-align: right;">262</td></tr> </table> </div>	sacerdotes	89	præceptores	59	discipuli	39	coadjutores	54	novitii	21	Socii	262	<p>1588 Rex <i>Poloniæ</i> Sigismundus cum Societatem universam promovere studet, tum maxime protegit <b>C.</b> <i>Polocitense</i>.</p>	<p>1588. In <i>Paraguariam</i> primus e S.J. venit <b>Leonardus Arminius</b>, Neapolitanus, cum 3 sociis; domicilium Villaricæ. 1593 Alfons. Barsana et Jo. Romerus in urbe Assumptionis. Gaspar Monroyus modestia vincit regulum Omaguacarum, nomine Piltipicum, potestque baptizare istum populum.</p> <p>1588 <i>Sebast. Morales</i> S. J. Japoniæ episcopus, Indiam petens obit in navi.</p>
sacerdotes	89														
præceptores	59														
discipuli	39														
coadjutores	54														
novitii	21														
Socii	262														
<p>1588 Scholarium pene 2000 frequentabant <b>C.</b> Ulyssiponense.</p> <p>1588 <b>C.</b> <i>Arevalense</i>.</p>	<p>1588 in controversia Bajana Card. Frangipanius doctrinam <i>Lessii</i> dogmatice non suspectam declarat.</p>		<p>1589 Xauceæ in China 2.<sup>a</sup> sedes fixa Societatis.</p> <p>Sodalitas B. M. V. Angræ in insula Tertia fundata, 1589 Romæ confirmata, optime floret.</p>												
<p>1589 Mittuntur visitatores Provinciarum: Petr. Fonseca Lusitaniæ, Ægid. Gonzalez Davila Castellæ et Toletanæ, Jos. Acosta Bæticæ et Aragoniæ. Hic primo quidem muneri suo satisfecit, sed 1592 ut perturbator Societatis, regis catholici favore abusus, cum Toletano apud Papam contra Aquavivam et Institutum egit.</p>	<p>In <i>Belgio</i> præclara perfecit <i>Mart. Antonius Delrio</i>, qui a Justo Lipsio ævi sui miraculum nominatur († 19. Oct. 1608).</p> <p>1588 Sociis e Transylvania pulsus mox aperitur <i>Moldavia</i>. — <b>C.</b> <i>Crumloviense</i> (Boh.). <b>C.</b> <i>Ratisbonense</i>.</p>	<p>1589 Societas valde oppugnabatur ab hæreticis Poloniæ, imprimis a <i>Rigensibus</i>, qui ejectos Socios redire in urbem prohibebant.</p>	<p>1589. In regno <i>Angolæ</i> 1500 conversi; in <i>Salsettis</i> 3800 baptizati, et <b>C.</b> cum <b>Sem.</b> conjugitur. — In regno <i>Arimæ</i> (Jap.) 11.500 baptizati.</p>												
<p>1590 Avisii (Lus.) † <i>Ludovicus Alvares</i>, veneno per Judæos extinctus.</p>	<p>1590. In <i>Transylvania</i> peste infectis servientes 20 ex 30 Sociis obierunt.</p> <p>1590 Sedes <i>Hildesii</i>.</p>	<p>1590 „<i>Actio equitis Poloni adversus Jesuitas</i>“ satis se ipsa mendaciis jugulat.</p>	<p>1590 Initium <b>Dpr.</b> <i>Mexicanæ</i>.</p> <p>1592 Societas sedem figit in insula <i>Chio</i>. — Excurritur in <i>Africam</i>.</p>												
102	103	104	105												

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1592 Sigismundus, Joannis III. filius, et rex Poloniæ (catholicus), hæreditate possidet regnum <i>Sueciæ</i> .	1591. 28. Jun. <i>Ecclesiæ catholicæ</i> : Institutum, nomen, ratio gubernandi alia, quæ impugnata erant, confirmantur.	1591—1592 Libellus correctus de <i>ratione studiorum</i> mittitur universæ Societati, ut inducatur hæc praxis: deerat „delectus opinionum“ etc.	1590. 23. Sept. † Nic. Bobadilla Laureti, ultimus e primis 10.
Nova editio <i>Vulgatæ</i> .	30. Aug. <i>Exponi nobis</i> : restituitur et de novo conceditur facultas novitios juxta Constitutiones admittendi.	1592. 15. Jul. Instructio accuratior de 3. <sup>o</sup> probationis anno. Sub Clemente VIII. oppositio hispana Aquavivam Generalatu privare conabatur. Josephus Acosta, qui visitator fuerat, regem permovit, ut ipsum mitteret Romam petiturum Congregationem generalem a Pontifice. Et Clemens VIII. mense Decembri 1592 jussit eam cogi.	Postquam Henricus III. qui se fidei Henrici IV. commiserat, a Jac. Clemente occisus est, multi ex fœderatis parricidium approbaverunt. Tum Universitas Parisiensis culpam doctrinæ de licito <i>tyrannicidio</i> in odiosos Jesuitas conata est conferre, etsi ipse Claudius Matthæus tale regicidium 1583 illicitum declaraverat.
1593 Henricus IV. fit catholicus.	1591 Innocentius IX.  1592—1605 Clemens VIII.	3. Nov. 1593 — 18. Jan. 1594 Congregatio V. generalis (63 professi) Generalem Aquavivam, disquisitione quam petierat instituta, integrum declarat et in munere confirmat.	1593. 6. Febr. P. <i>Jacobus Salesius</i> et coadjutor Gul. Saltamochius ab hæreticis Albenaci interficiuntur in odium fidei.
1593 Approbantur Clerici regulares Matris Dei, 1621 ut Ordo religiosus (fundatore B. Joanne Leonardi † 1609) ad pueros pauperes instituendos.	1592. 12. Sept. <i>Cum sicut accepimus</i> : Universitatis Græcensis S. J. rectori conceditur licentia unum ex publicis notariis illius vel alterius diœcesis semel vel pluries deputandi. (Alia similis concessio 4. Mart. 1594.)  1593. 29. Mai. <i>Referentibus nobis</i> : In Transylvania tribus e S. J. et tribus aliis ex ea provincia presbyteris a Superiore S. J. approbandis ad triennium conceditur licentia binandi diebus dominicis et festis, urgente necessitate.	<b>Decreta V. Congregationis:</b> 1. de 4. voto scholasticorum; 2. biennium novitiatu Generalis abbreviare nequit ad vota simplicia nuncupanda; beneficia ante vota simplicia resignentur; 3. regulæ pro <i>delectu opinionum</i> ; 4. communio honorum spiritualium cum Carthusianis; 5. nullum certum tempus assignandum Congr. generali, muner Superiorum localium, professioni; 6. quæ pertineant ad <i>substantialia Instituti</i> ; 7. origo ex Hebræorum et Saracenorum genere (VI. Congr. usque ad 5. gradum incl.) est impedimentum indispensabile; 8. Assistentibus votum decisivum non competit; 9. petenda canonizatio BB. Ignatii et Francisci Xaverii.	1593 Henricus IV. intercedentibus <i>Possevino</i> et <i>Toleto</i> , a Papa absolutus fuit. Qui in regno magis confirmatus Societatem pro viribus fovebat. At cum 1594 Jo. Chastelius, qui lectiones audierat apud Jesuitas, necem regis attentaret, Jo. <i>Guignardus S. J.</i> , quantumvis innocens ab ipso etiam rege declaratus, accusatus ut complex, capitis damnatus et in patibulo suspensus est 7. Jan. 1595. Et decreto 29. Dec. 1594 a Parlamento facto pellebantur Jesuitæ Lutetia et ex aliquot aliis urbibus eorumque bona fisco attribuebantur, quin hæc a rege possent impediri.
1595 † S. Philippus Neri.	1595. 14. Jun. <i>Romanus Pontifex</i> : interdicatur Societati usus bullæ <i>Cruciata</i> quoad eligendum confessarium et obtinendam absolutio-nem a reservatis.	1594. 1. Aug. <i>Epist.</i> : De fervore et zelo missionum.	In Pr. <i>Aquitaniæ</i> vero nihil Sociis illatum est detrimenti.  1593. 17. Sept. <i>Franc. Toletus</i> creatur Cardinalis, primus inter Jesuitas. Qui dein cum Jos. Acosta et aliis rebellibus Sociis hispanis conspiravit et Clementis VIII. animum avertit ab Aquaviva et Instituto S. J. († 14. Sept. 1596).

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exterae																														
<p>1590 Pr. <i>Andalusiae</i> vel <i>Beticae</i> numerabat <b>D.</b> 14, inter eas <b>C.</b> 13, in quibus studebant 2650 adolescentes, et parvuli 1150 instruebantur in rudimentis. <i>Sac.</i> erant 159, <i>Schol.</i> 103, <i>Coad.</i> 146, <i>Novitii</i> 32, <i>Universi</i> 440.</p>	<p>In terris <i>Tirolensibus</i>, ad <i>Arulam</i> (in Vorarlberg) et in <i>Suevia</i> Archidux Ferdinandus fovet labores et industriam Sociorum.</p>																																
<p>1591 Perturbatio in Pr. <i>Lusitaniae</i> orta, expulsio 7 perturbatoribus sedatur.</p>	<p>1592. Inchoatur <i>Missio Hollandica</i>: rogante Smetio (Smith) sacerdote saeculari <i>Gul. Leonius</i> et <i>Cornelius Duyst</i> Amstelodami, in Frisia etc. ministeriis Societatis funguntur.</p>	<p>1592 <i>Levartovicæ</i> et <i>Lublinae</i> Adrianus Radsiminskius disputat cum Socinianis.</p>	<p>1592 <b>Ludovicus Valdivia</b> e <i>Chilensi</i> regno ad Philippum II. profectus calamitates quas Indi ab aliquot Europæis patiuntur exponit. A rege pacis arbiter remissus decretum regium de sancienda pace, de libertate et tranquillitate impertienda Indis promulgavit cum multo successu missionis. Unus tantum regulus Aganamon, Veneris servus, 3 præcones castimoniam mactari jussit: <i>Martinum de Aranda</i>, <i>Horatium Vecchium</i>, <i>Didacum Montalbanum</i> 14. Dec. 1592.</p>																														
<p>1593. In congregatione provinciali Toletana <i>Jo. de Mariana</i> se prodit fautores perturbatorum vehementem.</p>	<p>1592 Gulielmus, <i>Bavariae</i> dux, domicilium attribuit Societati <i>Ætingæ veteris</i>.</p> <p>1593 Restituitur <b>C.</b> <i>Molsheimense</i>.</p> <p>Libelli famosi contra Jesuitas et eorum scholas, scripti a protestantibus, non pauci prodierunt inde ab anno 1556, quibus omnis generis calumniae et fabulae ridiculae spargebantur et credebantur, quas <i>Fischart</i> et <i>Hasemüller</i> (<i>Historia Jesuitici ordinis</i> 1593) collectas auxerunt.</p>	<p>1595 <i>Ruthenorum</i> unio cum Ecclesia præparata a Jesuitis.</p>	<p>In urbe <i>Quitensi</i> gravis perturbatio civilis ob tributum „de las alcabalas“ paulatim sedatur a Patribus, qui persuadent obedientiam erga Regem.</p> <p>1592 <i>Petrus Martinez</i> creatur Episcopus <i>Japoniae</i>.</p> <p>1593 <i>Franciscani</i> e Philippinis ingrediuntur Japoniam.</p>																														
<p>1594 Controversia de libro <i>Ludovici Molinæ</i> de concordia gratiae et liberi arbitrii (1588) tantopere exarserat, ut Papa causam traheret Romam.</p>	<p>1594 <b>C.</b> <i>Luxemburgense</i>.</p>																																
<b>C.</b> 19: Neapolitanum, Massense, Stabiense, Salernitanum, Nolanium, Beneventan., Capuanum, Teatinum, Aquilanum, Adriense, Bovinense, Barolitanum, Bariense, Lyciense, Molfettanum, Consentinum, Amantheanum, Catacense, Tropeense.																			
<b>R.</b> Monopolitana, Tarentina, Paulæ, Monteleonis; pertinent ad Provinciam:																			
Sac.	232																		
Schol.	143																		
Coad.	221																		
Socii	596																		
1623 Maximilianus, Bavariæ dux, fit elector Imperii.	1622. 27. Sept. <i>Pietatis:</i> doctrinam christianam docentibus, discipulis, promoventibus conceduntur indulgentiæ.	1621 <b>Dpr. Tolosana</b> .	1622 <b>C. Aquis sextiis, Pali, Metis</b> . — Carolus a Lotharingia intrat S. J. — <b>C. Ravenatense</b> et <b>Faventinum</b> ( <b>Pr.</b> Ven.).																
	1623. 8. Jul. † Gregorius XV. cujus corpus post aliquot annos translatum fuit et conditum in templo S. Ignatii.	1622. 30. Apr. <i>Epist.:</i> De cautela confessariis necessaria ad puritatem servandam.	1623 Reflorescit magnæ utilitatis sodalitium in <b>C. Theatino</b> . Dimittitur e S. J. Honuphrius a Vermi, Marsalensis, qui obedientiæ immemor, auram aulicam et episcopatum quæsierat.																

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
1619 Incipit habitari <b>Dpb.</b> Ulyssiponensis.	<i>Martinus Becanus</i> († 1624) et <i>Gulielmus Lamormaini</i> († 1648) confessarii Ferdinandi II.  Jesuitæ promovent veram morum reformationem catholicam.	1619 <b>V. Pr.</b> <i>Angliæ</i> erigitur. 1623 <b>Pr.</b> facta numerabat Socios 218.	1618. In <i>Æthiopia</i> frater Imperatoris Cela — Christus rem catholicam promovet. Sociis extruitur templum, <i>Petrus Pæz</i> remanet apud Imperatorem, <i>Franc. Ant. de Angelis</i> ad Agaos se confert.  1619 <b>M.</b> <i>Sinica</i> fit <b>V. Pr.</b>
1620 Emmanuel Viega turbas in <i>Lusitaniæ</i> Provincia excitans post difficultates varias dimittitur. — <b>C.</b> <i>Scalabitanum</i> (Santarem).	1619. 7. Sept. <i>Cassoviæ</i> diris cruciatibus necantur a Calvinianis militibus <b>Stephanus Pongracz</b> et <b>Melchior Grodecz</b> S. J. cum Marco Crisino canonico (= beati 1. Nov. 1904).	1620 Pestis in <i>Polonia</i> victimam poposeit <i>Christophorum Fabrum</i> , qui cum aliis præsto erat ægrotis.	1620 Fides in Sinarum provinciam Xamsiensem invehitur.  1620 Episcopus Coccinensis gravissimas difficultates creat Sociis in ora <i>Piscariæ</i> et in regno <i>Travancor.</i>
1621 † Philippus III., cui morienti assistebat <i>Hieron. Florentia</i> , eximius concionator († 1633).	1620 <b>C.</b> <i>Casletense</i> in Flandro —, <i>Nivellense</i> in Gallo-Belgica. — 25. Sept. Godefridus Thelen ab hæreticis necatur.	1621. Caput <b>Stanislai Kostkæ</b> Roma transfertur <i>Varsaviam</i> , et in ejus adventu terga vertit Turcorum exercitus.	1620 <b>Franc. Ribera</b> a Mauris interficitur in <i>Cajraria</i> .
Archiepiscopus <i>Eborensis</i> <b>C.</b> graves molestias creat.	1620 Persecutio continuatur in <i>Hollandia</i> ; multæ oriuntur difficultates cum Vicariis apostolicis, dum in <i>Belgio</i> regnat pax. — <i>Michael Sybold</i> strenue laborat, ut subditos ducis Neoburgensis in <i>Palatinatu Norico</i> ad Ecclesiam reduceret. — <b>C.</b> <i>Friburgense</i> (Brisg.)	1621. <i>Riga</i> bello Suecico exturbatur Societas. — <b>C.</b> <i>Grodnense</i> .	1621 In Madurensi missione <i>Robertus de Nobili</i> confictis criminibus oppressus in <b>C.</b> Cranganorense relegatur, sed mox ejus innocentia patet; iterum strenue et cum fructu laborat.
1622 <b>Ignatio</b> et <b>Franc. Xaverio</b> in Sanctorum album relatis plaudebat Hispania et Lusitania.	1620. 22. Nov. Societas <i>Pragam</i> et in <i>Bohemiam</i> reducitur.  1621 <b>C.</b> <i>Tergestinum</i> et <i>Goritiense</i> . — Missiones in <i>Palatinatu superiore</i> , <i>Ambergæ</i> , <i>Chambi</i> , <i>Novofori</i> .	1623 <b>Henricus Schacht</b> , Slesvigensis, e Lutherano catholicus et Jesuita, a Propaganda in <i>Sueciam</i> missus, capitur, ter torquetur, capitis damnatur, sed venia data e Suecia exulare cogitur. — Missio in <i>Dania</i> frustra tentata.	1622. 10. Sept. <b>Carolus Spinola</b> et Socii 16 <b>M.</b> in <i>Jap.</i> Secuti sunt alii.  1623 <b>C.</b> in <i>Congo</i> .  <i>Pekini</i> a Sociis pericula gravia superantur.  In <i>Jap.</i> <i>Hieronymus de Angelis</i> et 1624 <i>Michael Carvallius</i> cum 4 aliis religiosis comburuntur pro fide.
	1622 Discidium <i>Academix Viennensis</i> a scholis S. J. studio Imperatoris et P. Argenti, sedatur. Ob bellum complura <b>C.</b> in Germania a Sociis deserere oportebat.	1623 Datur Sociis <b>Pr. Angliæ</b> <b>Dpb.</b> <i>Gandavi</i> .	1624 <b>Alexander Rhodes</b> in <i>Cocincina</i> ; idem cum <b>J. A. Marques</b> penetrat in <i>Tunkinum</i> ; <b>Ant. de Andrada</b> primus in <i>Thibetum</i> .

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<p><i>Angl.</i> Carolus I. 1625—1649.</p>	<p>1623—1644 <b>Urbanus VIII.</b></p>		<p>1623 In Gallia <b>C. Carcassonense, Albiensidoreense, Senonense.</b></p>
<p>1625 S. Vincentius a Paulo († 1660) fundat „Sacerdotes Missionis“ (Lazaristas) qui approbantur 12. Jan. 1632.</p>	<p>1624. 23. Nov. <i>In sede principis:</i> Franciscus Borgia <i>Beatis</i> adnumeratur.</p>	<p>1626 Quorundam artes obtinuerunt divisionem <b>Pr.</b> Siculæ, quæ revocata fuit 1632 (cf. Decr. 5. Congr. IX). Quare jam fere totaliter abstentum est ab erectione novarum <b>Pr.</b><sup>arum</sup>.</p>	<p>1624 in <i>Sicilia</i> Jesuitæ multum occupantur in servitio peste infectorum, et ut arbitri.</p>
<p>1625 Cum in Germania et alibi imprimerentur „Mysteria politica“ et „Admonitio ad regem christianissimum“ quibus Cardinalis Richelieu politica anticatholica oppugnabatur, magna tempestas in Gallia orta est. De expellendis Jesuitis agebatur et liber Ant. Sanctarelli „de potestate Romani Pontificis“ combustus est.</p>	<p>1626. 5. Maj. <i>Salvatoris:</i> Approbatur et ab omnibus observari jubetur <i>concordia</i> super dubiis et difficultatibus in fœderatis Belgii provinciiis.</p>	<div style="border: 1px solid black; padding: 5px;"> <p><b>Pr. Sicula occidentalis 1626.</b>  <b>Dpr. et Dpb.</b> Panormi,  <b>C.</b> Panormitanum, Monregalense, Bivonense, Drepanitanum, Marsalense, Caltanissetense, Saccense, Narense, Ennense, Thermitanum.  Sac. 137 }  Schol. 83 } 365  Coad. 145 }</p> </div>	<p>1624 <i>Frustra</i> quædam factiones suspectos facere conantur Socios apud Card. Richelieu, quumprimum gubernio præesse cœpit.</p>
	<p>1626. 7. Oct. <i>Ut animarum saluti:</i> Didaco, episcopo Funayensi in Japonia, sede vacante ejusdem administratori, et Superiori S. J. in Sinis, cum episcopus constitutus non erit, facultas datur ad decennium dispensandi in cultus disparitate.</p>	<div style="border: 1px solid black; padding: 5px;"> <p><b>Pr. Sicula orientalis 1626.</b>  <b>Dpr. et Dpb.</b> Messanæ;  <b>C.</b> Messanense, Syracusanum, Catanense, Caltajeronense, Mineense, Melitense, Platiense, Netinum;  <b>R.</b> Chia.  Sac. 107 }  Schol. 66 } 325  Coad. 123 }  Nov. sch. 18 }  Nov. Co. 11 }</p> </div>	<p>1626 † <b>Petrus Cotonus.</b></p>
<p>1626. 9. Apr. † Baco de Verulam, philosophus.</p>	<p>1627. 15. Sept. Beaticatio 3 Martyrum Japonensium.</p>		<p>1628 <b>C. Cuneense</b> et <b>Dpb. Cheriensis</b> (<b>Pr.</b> Mediol.).</p>
<p>1626 Richelieu committit Jesuitis missiones ad populum. — Confessarius regius <b>Nic. Caussin</b>, cum improbasset politicam Cardinalis Richelieu quæ protestantibus faveret, amotus est; sequutus est <b>Jo. Bagot</b> et post eum 1637 doctus <b>Jac. Sirmond</b> († 1651). Tunc Richelieu cœpit decertare cum Pontifice postulando munus legati apostolici et Superioris omnium religiosorum, imo etiam ambiit Patriarchatum Galliæ. Omnia negantur. Edito contra eum libello: „Optati Galli de cavendo schismate“, suam defensionem cuidam Jesuitæ commisit, qui in ea re mansit solus. Mox † Cardinalis 1642.</p>	<p>Alia Brevia edicunt, quomodo Clementis VIII. decretum de confessionibus regularium a Societate sit observandum.</p>		<p>1628 <i>Lugduni</i> multi Jesuitæ ægrotantium curæ se devovent; 7 occumbunt.</p>
<p>1628 Rupella e manibus Hugonottorum erepta et eorum potentia fracta.</p>	<p>1629. 31. Mart. <i>Romanus Pontifex:</i> prohibet Sociis uti facultatibus Cruciatæ ad eligendum confessarium.</p>	<p>1626 juxta <b>Catal. Romæ</b> impressum in Societate erant:  36 Provinciæ,  2 Viceprovinciae,  26 Domus professæ,  444 Collegia,  44 Domus probationis,  228 Residentiæ,  56 Seminaria,  15544 Socii universi.</p>	<p>1629 Inchoantur in <i>Sicilia</i> <b>C.</b> Randatiense, Moticense, Salemiense. — In <b>Pr.</b> Tolosana fundatur <b>C. Monspeliense.</b></p>
			<p>1630 <i>Camberii</i> (<b>Pr.</b> Lugd.) 8 Socii moriuntur serviendo peste infectis.</p> <p><b>C. Apamiense</b> (<b>Pr.</b> Tolos.).</p> <p>1630 Peste <i>Florentiæ</i> et in <b>Pr. Veneta</b> grassante 15 Socii Parmæ moriuntur in officio charitatis, alii alibi.</p>

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1624 <b>C.</b> in urbe <i>S. Sebastiani</i>. — 16. Febr. † <i>Ludovicus de Ponte</i>, lumen Provinciæ Castellanæ. — Per <b>Pr.</b> Bæticam 30 Socii sacras missiones peragunt.</p>	<p>1622 Postulatum Bethlen Gaboris, ut in Hungaria Jesuitæ non tolerentur, a Ferdinando II. rejicitur.</p> <p>1623 Omnes cives <i>Paderbornenses</i> iterum erant catholici.</p>	<p>1625 Poloni: <i>Rudomina, Smogulecki, Mich. Boym</i> in <i>China</i>.</p>	<p>1625 Felices successus in <i>Oriente</i>: in <i>Mingrelia, Paphlagonia, Chaldæa</i>. Archiepiscopus Gangrensis incipit tractare cum Roma. Aliquot Jesuitæ laborant in <i>insulis græcis</i>, in <i>Persia, Armenia, Thessalia, Anatolia, Palæstina</i>.</p>
<p>1625 Stephanus Peralta (<b>Pr.</b> Castellanæ) turbis gravibus motis cum venia Generalis transit ad Cistercienses.</p> <p>In <i>Sardinia</i> Socii Calaritani fructuose in circumposita regione laborant.</p>	<p>1623 <b>C.</b> Pazmanianum Viennæ. — In Germ. Sup. convertuntur 1460 hæretici. — 15. Jun. <b>Leonardus Lessius</b> † Lovanii. — 23. Sept. <i>Bohemia</i> fit <b>Pr.</b> independens.</p> <p>— In Flandria Societati committitur <b>M. navalis</b>.</p>	<p>In <i>Anglia</i> sub Carolo I. (1625—49) mitior fit sors Jesuitarum mediante regina catholica. Sed a Cromwello crudelissime tractantur.</p>	<p>1626—1638 Decertatio cum Cyrillo Lucari, patriarcha Constantinopolitano, schismatico et ad Calvinismum propenso.</p> <p>1627 Missionis <i>Tunkinensis</i> initia: <b>Alexander Rhodes</b>.</p>
<p>Initia Collegiorum <i>Sanlu-carensis, Moronensis, Baezani</i>.</p>	<p>1624 Per Jesuitas multi hæretici in <i>Austria</i> reducuntur; in <i>Bohemia</i> ad 16.000. — <b>C. Iglaviense</b> et <i>Znoymense</i>.</p>	<p>1626 Gustavus, rex Sueciæ, Societatem e <i>Livonia, Braunsberga, Mariaeburgo</i> exturbat.</p>	<p>1629 Duce <i>Sebastiano Vieira</i> 40 Socii solvunt in Indiam.</p> <p><b>R.</b> in <i>Angola</i> et <i>Guinea</i>.</p>
<p>1626 Atrox dissidium inter cives cujusdam oppidi dice. Ulyssiponensis a 3 novitiis peregrinantibus componitur.</p>	<p>1624 — 1626 Socii in plurimis locis dicecesis <i>Monasteriensis</i> restitunt religionem catholicam.</p>	<p>Initium controversiæ inter Academiam <i>Cracoviensem</i> et Societatem.</p>	<p>1630 Stationes fiunt <i>Smyrnæ, Santorini, Alepi, Naxiæ</i>.</p>
<p>1627 Commoventur multi contra Socios ob excitandam <i>Matriti</i> Academiam. — <i>Sassari</i> in <i>Sardinia</i> fit <b>Dpr.</b></p>	<p>1625 <b>Dpr. Viennensis</b>. — In <i>Bohemia</i> ægris peste inserviunt Socii, quorum 12 extincti sunt. — Reducti ad Ecclesiam præter alios hæretici 11.000. — Fructuose laborantibus <i>Osnabrugii</i> fundatur <b>C.</b></p>	<p>1627 Episcopus Chalcedonensis in Anglia res novas molitur contra religiosos. Jesuitæ multis libellis contumeliosos infestantur.</p>	<p>In <i>Abyssinia</i> per priores 50 annos sæculi XVII. fructus uberes colligebantur; ipse imperator Melec Segund († 1632) conversus est. At successor Segund II. in exilium misit missionarios, fidem catholicam proscrispsit.</p>
<p>1628 Ulyssipone in <i>Indiam</i> solvunt 35 Socii cum episcopo Nicæno.</p>	<p><b>C. Alostanum, Aldenardanum, Belliolanum</b>.</p> <p>1626 † Gulielmus Dux Bavaricæ, eximius <b>Pr.</b> Germanicæ Sup. benefactor.</p>	<p>1628 Atrox Caroli edictum contra Catholicos Angliæ. <b>Edmundus Arrowsmith</b> Martyr 7. Sept. — Alii 15 Socii capti.</p>	<p>1632 Post pacem apud S. Germanum magni successus in <i>Canada</i>.</p>
<p>1629 Aperitur <i>Matriti</i> nova <i>Universitas</i> studiorum.</p>	<p>1626 <b>Florentius Montmorancius</b>, Provincialis Flandriæ, captivus Hollandorum.</p> <p>1626 „Rhenus“ dividitur in 2 <b>Pr.</b>: <i>Rheni Superioris</i>, et <i>Inferioris</i>.</p>	<p>1629 <i>Graudentii</i> in Polonia 3 in agrorum ministerio occumbunt. — In Lithuania <b>C. Novogrodecense</b>.</p>	<p>1633 Provincialis Japoniæ <i>Christophorus Ferreira</i> tormentis fossæ victus fidem deserit (quam apostasiam senex resipiscens martyrio sarsit 1652). Quem cum <b>Marcellus Franciscus Mastrilli</b> studet convertere, ipse moritur martyr 1637.</p>

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia								
<p>Numerabantur 1626 in <i>Austria</i> terris hæreditariis 1.500.000 conversi. Ad confirmandum hunc fructum et in aliis etiam regionibus obtinendum opus erat Seminariis, Collegiis etc. quibus media necessaria erant præparanda. Quæ sperabantur obtineri posse per <b>Edictum restitutionis</b> 1629.</p> <p>Horum honorum cum Societati aliqua pars esset destinata, controversia exarsit litteraria cum Benedictinis usque ad annum 1653.</p>	<p>1630. 30. Jan. <i>Pastoralis</i>: Annullatio et suppressio prætensæ congregationis Jesuitissimum.</p>	<p>1631. 8. Oct. <i>Epist.</i>: De probatione institutione juventutis.</p>	<p>1631. 13. Mart. † <i>Virgilius Cepararius</i>.</p> <p>15. Dec. Devastatis incendio Vesuvii multis oppidis, Neapoli et in Campania magno cum fructu inter omnis generis homines, præsertim egenos, laboratum est a Jesuitis.</p>								
<p>1629 S. Vincentius a Paulo, adjuvante Ven. Ludovica de Marillac, vidua Le Gras, originem dat „Puellis charitatis,“ quæ 1655 approbantur ab archiep. Parisiensi, 1668 a Clemente IX.</p>	<p>1632. 25. Jan. <i>Vota quæ Deo</i>: ampliatio Constitutionis Pauli V. reservantis 2 vota simplicia professorum Pontifici.</p>	<p>1632 Quæstio gravis adversus Generalem ob Antonium Gerundam Neapoli amotum finitur Romæ cum Societatis honore.</p>	<p>1632 Calumniæ contra Socios ob tumultum in <b>Sem.</b> Romano exortum et sedatum.</p> <p><i>Neapoli Sem.</i> nobilium.</p>								
<p>1630 Gustavus Adolphus bellum gerit in Germania (†1632).</p>			<p>1632 Episcopus <i>Aurelianensis</i> qui regulares omnes a confessionibus interdixerat, a rege reconciliatur Societati.</p>								
<p>1631 „Cautio criminalis“ <b>Friederici Spe</b> de processibus contra sagas.</p>			<p>1634 Stephanus Binet († 4. Jul. 1639) scribit contra „Rosarium secretum“ Jansenisticum.</p>								
<p>1632. 20. Apr. † Jo. comes a Tilly, præclarus dux militiæ.</p>		<p style="text-align: center;"><b>Pr. Veneta 1635.</b></p> <p>Dpr. Novellariæ; Dpb. S. Ignatii; C. Placentinum, Buxetanum, Parmense, Nobilium, Regiense, Mirandulanum, Mantuanum, Castillonense, Mutinense, Bononense, Imoleuse, Faventinum, Bagnacaballense, Foroliviense, Ariminense, Ravennatense, Ferraricense; R. Carpensis.</p> <table style="margin-left: auto; margin-right: auto;"> <tr><td>Sac.</td><td>152</td></tr> <tr><td>Schol.</td><td>102</td></tr> <tr><td>Coad.</td><td>113</td></tr> <tr><td>Universi</td><td>367</td></tr> </table>	Sac.	152	Schol.	102	Coad.	113	Universi	367	
Sac.	152										
Schol.	102										
Coad.	113										
Universi	367										
<p><i>Pol.</i> Ladislaus IV. 1632—1648.</p>			<p>1634. 15. Mart. † <i>Bernardinus Castorius</i>, natus 1543, admittitur in S. J. 1559, per 30 annos Rector <b>C.</b> Germanici.</p>								
<p>1634. 25. Febr. Albrechtus de Wallenstein occisus.</p>											
<p>1634 „Rosarium secretum“ Jansenisticum.</p>	<p>1635. 21. Aug. <i>Exponi nobis</i>: magistri novitiorum etsi sint Superiores, possunt audire eorum confessiones.</p>		<p>1635 In <b>C.</b> <i>Perusino</i>, ubi erant 9 Sac., 3 magistri, 6 Coad., numerabantur theologiæ moralis auditores 30, physicæ 20, discipuli primæ classis 65, secundæ 55, tertiæ 60.</p>								

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ															
<p>1631 <i>Tarraconæ</i> grave dissidium inter archiepiscopum et canonicos tollitur. — Missio 2 Patrum in <i>Canarias</i> insulas.</p>	<p>1629 Petrus Pazman, ipse antea membrum S. J. et ejusdem semper benefactor, archiepiscopus Strigoniensis, creatur Cardinalis.</p>	<p>1630. 9. Jan. Mich. <b>Rafalowicz</b> et Coad. <b>Surgowicz</b> a schismaticis Russis comburuntur Novogrodecii.</p>	<p>1633 <i>Andreas White</i> fit missionarius in Marylandia, agente perillustri Cæcilio Baltimore.</p>															
<p>Pauperrimum <b>C. Portalegrense</b> (Lusit.) magno proventu firmatur.</p>	<p><b>C. Ambergense</b> et <i>Landishutanum</i>.</p>		<p>Armeni, moti a Jesuitis, scribunt Urbano VIII. petentes unionem cum Ecclesia.</p>															
	<p>1620—30 <i>Falkenhagen</i> et vicinæ regiones Ecclesiæ reconciliantur.</p>		<p>1635 <b>C. Quebecense</b> in Canada, ubi fiunt multæ „Reductiones“, et conversiones Hugonottorum. Sed indigenæ <i>Irokesi</i>, ab Anglis et Hollandis excitati, inimicissimi remanent christianæ religioni.</p>															
<p>In <i>Lusitaniæ</i> provincia numerabantur</p> <table border="1" data-bbox="72 789 290 952"> <thead> <tr> <th></th> <th>1628</th> <th>1633</th> </tr> </thead> <tbody> <tr> <td>Sac.</td> <td>256</td> <td>260</td> </tr> <tr> <td>Schol.</td> <td>216</td> <td>241</td> </tr> <tr> <td>Coad.</td> <td>162</td> <td>161</td> </tr> <tr> <td>Socii</td> <td>634</td> <td>662</td> </tr> </tbody> </table>		1628	1633	Sac.	256	260	Schol.	216	241	Coad.	162	161	Socii	634	662	<p>1630 <b>C. Augustanum</b>.</p>	<p>1631 <i>Cracoviæ</i> inter difficultates cum fructu animarum laboratur, <i>Leopoli</i> ad abolendum schisma Armenorum. — <b>C. Pincense</b>.</p>	<p>In <i>Paraquaria</i> novi successus .Philippus IV. Indianis concedit arma cum pulvere pyrio.</p>
	1628	1633																
Sac.	256	260																
Schol.	216	241																
Coad.	162	161																
Socii	634	662																
	<p>1631 <b>Pr.</b> Germaniæ Sup. bello suecico multum turbatur, maxime in superiore Palatinatu. — Oritur <b>C. Straubingæ</b>. — Colloquium memorabile Gustavi regis cum Sociis <i>Erfurtensibus</i>. — Vexatur <i>Eichsfeldia</i>, ubi <b>C. Heiligenstadiense</b>, et aliæ <b>D. Praga</b> exulare coguntur Jesuitæ. — Hæretici multi convertuntur in <i>Bohemia</i> et <i>Austria</i>.</p>	<p>1631 Multi libri utiles pro <i>Anglia</i> in Belgio imprimuntur.</p>	<p>In <b>China</b> aliquot Jesuitæ gaudebant speciali favore Imperatoris. Sic <i>Tschung-Tschung</i> 1629 adjunxit <i>Jacobum Rho</i> († 1638) et <b>Joannem Adamum Schall</b> commissioni ad correctionem Calendarii. Novus item dynasta <i>Schun-Ti</i> Tartarus, per rebellionem 1644 in locum dynastiæ Ming suffectus, J. Adamum Schall consiliarium et præsidem tribunalis mathematici nominatum correctioni Calendarii ultimam manum imponere jussit.</p>															
<p>1633 Missiones multæ per varias regiones <i>Lusitaniæ</i> cum magno fructu fiunt.</p>	<p>1632 <i>Eberspergæ</i> ab hæreticis necatur Coadjutor Blasius Schelling. — Vexationes multæ ob bellum in <b>Pr. Rheni Super. et Infer.</b></p>	<p>1632 In Anglia Socii valde quidem vexati, catholicos tamen adjuvant, hæreticos saltem 430 Ecclesiæ reconciliant.</p>																
	<p><i>Pragæ</i> et alibi in <i>Bohemia</i> res Societatis in pristinum restituuntur.</p>		<p>Florebat tunc Christi fides, et a solis Jesuitis baptizati 150.000 regebantur.</p>															
<p>1634. 27. Maj. † <i>Conimbriæ</i> <b>Didacus Monteiro</b>, religiosus summæ perfectionis, clarus magister Novitiorum, Rector et Provincialis Lusitaniæ.</p>	<p>1633 Ferdinandi II. epistola consolatoria ad Generalem in tribulationibus Societatis.</p>		<p>(Hoc tempore <i>Andreas Xaverius Koffler</i>, acceptissimus antiquæ familiæ imperiali Ming, baptizavit imperatricem Helenam et filium imperatoris Constantinum.)</p>															
	<p>1633—1636 <i>Paderbona</i> expulsi ab <i>Hassis</i> exulant Jesuitæ.</p>		<p>At mortuo 1661 <i>Schun-Ti</i>, odioque suo per 3 annos dissimulato, tutores principis hæredis Kang-Hi, adhuc pueri, persecutionem moverunt et tres Jesuitas Schall, Buglio, Magalhaens gravissime accusarunt.</p>															

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<i>Germ.</i> Ferdinandus III. 1637—1657.	1638. 2. Dec. <i>Alias fel. rec.</i> Indulgentia plenaria conceditur visitantibus ecclesiam S. J. festo S. Franc. Xaverii.	1639. 11. Jun. <i>Epist.</i> : De duratione præcepti obedientiæ.	1637 <i>Melita</i> seditio exorta expulit Jesuitas, cum ipsis agentibus prohiberentur Equitibus juvenibus voluptates libidinosæ. At Pontificis et Ludovici XIII. intercessione a Magno Magistro Lascari mox revocati sunt.
1640 Editur in lucem Jansenii († 1638) „Augustinus“, damnatus ab Urbano VIII. 1642.	1641. 23. Aug. <i>In his auctoritatis nostræ:</i> non obstante decreto Clementis VIII. omnes confessario deputato confiteantur, quinque vero vel sexies extraordinario.	1639. 15. Nov. <i>Epistola: De anno seculari Societatis.</i>	1639. 27. Sept. <i>Romæ</i> incepere Socii celebrare <i>anniversarium centesimum</i> natæ confirmatæque Societatis per varias solemnitates, orationes etc. quæ impressis etiam foliis describuntur.
<i>Lus.</i> Joannes IV. 1640—1656.		<b>Pr. Germaniæ Superioris 1642.</b> <b>Dpb.</b> Landspergæ, <b>Dpb.</b> Oettingæ; <b>C.</b> Ambergense, Augustanum, Burghusianum, Constanfiense, Dilinganum cum Cv. S. Hieronymi, Eistettense, Friburgense (Brig.), Friburgense (Helv.), Halense, Ingolstadiense, Landshutanum, Lucernense, Mindelhemense, Monacense, Neoburgense, Oenipontanum, Ratisbonense, Tridentinum; <b>R.</b> Tannensis, Kaufburana, Straubingana; <b>M.</b> Sulzbacensis, Weidensis, Türschenreitensis, Lindaviensis, Elvacensis, Göppingensis, Stuttgardiana, Tubingana, Bachanangensis, Hiltpolsteinensis; Sac. 340 Schol. 120 Coad. 140 Socii 600	1640. Nomina dedere Congregationi Communionis generalis (in C. Romano erectæ) personæ omnino 1000.
<i>Gall.</i> Ludovicus XIV. 1643—1715.			1640. 31. Dec. † <b>Franciscus Regis.</b>
1643. 11. Oct. † St. Cyran (Du Verger de Hauranre) Jansenismi promotor princeps in Gallia.	1643. 26. Febr. <i>Honorum dignitatumque:</i> votum non ambiendi obligat etiam dimissos et translatos ad alias religiones.		1641 <i>Pistoriense C.</i> acquisivit commodas ad scholas ædes, in quibus erudiuntur scholares supra 100. Convictores nobiles sunt plures quam 50.
<i>Suec.</i> Christina (1632) 1644—1654	1644—1655 <b>Innocentius X.</b>		1643 <i>Jacob. Dinet</i> , successor Sirmondi, Ludovicum XIII. moribundum movet ad liberandos captivos politicos et revocandos exules, ad matrem melius tractandam, ad onera diminuenda.
1645. 29. Aug. † Hugo Grotius, unus ex doctissimis sæculi 17. viris.		1645. 9. Febr. † <b>Mutius Vitelleschi.</b>	Hoc tempore missionarium in Britannia minori agere cœpit et per 40 annos in eo perseveravit <b>Julius Maunoir</b> S. J. († 28. Jan. 1683).

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ								
<p>1637 <i>Eborensis C.</i> incolæ, seditione contra regem catholicum exorta, gravi periculo exponuntur.</p> <p>1640 Ex <i>C. Compostellano</i> aliquot Patres diocesim Glandomitana per dies 40 excoluerunt, quam, teste episcopo, disjectam dispossuere et subegere incultam.</p> <p>1640 In <i>Lusitania</i> inter turbas in favorem domus Braganza Provincialis Socios jussit omnino abstinere ab omni participatione. Novus tamen rex Joannes IV. Societati amicissimus fuit, imo Jesuitis politicas missiones commisit. Ne hisce rebus implicaretur, <b>Antonius Vieira</b> a Generali in Brasiliam missus est, ubi strenuam operam navavit.</p> <p>1642 <i>Salmanticæ</i> Socii duce Rectore Petro Pimentel, gravissimos contra magistratus et judices compescunt scholarium et civium tumultus.</p>	<div style="border: 1px solid black; padding: 5px; margin-bottom: 10px;"> <p style="text-align: center;"><b>Pr. Bohemiæ 1636.</b></p> <p><i>Pragæ:</i> <b>Dpr.</b> et <b>C. S.</b> Clementis, et Neopragense; <b>Dpb.</b> Brunensis;</p> <p><b>C.</b> Olomucense, Crumloviense, Commotoviense, Novodomense, Glacense, Nissen- se, Giczinense, Iglaviense Znoymense, Kuttnerbergense, Glogoviense, Saganense, Eg- rense, Cremsiriense, Regino- Hradecense;</p> <p><b>R.</b> Litomericensis, Oppaviensis;</p> <p><b>M.</b> Sudinicensis, Oppertorffiana;</p> <table style="margin-left: auto; margin-right: auto;"> <tr><td>Sac.</td><td>211</td></tr> <tr><td>Schol.</td><td>269</td></tr> <tr><td>Coad.</td><td>144</td></tr> <tr><td>Socii</td><td>624</td></tr> </table> </div> <p>1638 <i>Trajecti</i> ad Mosam <i>J. B. Boddens</i> et <i>Gerardus Pasman</i> ab Hollandis falso accusati, quasi urbem obsessores tradere voluissent, morte afficiuntur. Et Societas inde exultat usque ad 1673.</p> <p>1640 Occasione 1<sup>mi</sup> centennarii S. J. publicatur „<i>Imago primi sæculi.</i>“</p> <p>1641 <i>Coloniæ</i> præter quotidianos in <b>C.</b> et templo labores 12 dissitis per urbem locis sexum utrumque catechismum docent; nec solum in ipsa urbe, sed etiam ruri in pagis compluribus. — Civium sodalitas 500, opificum juniorum 300 socios numerat, floret etiam sodalitas <i>militum.</i></p>	Sac.	211	Schol.	269	Coad.	144	Socii	624	<p>1639 Ludovicus XIII. et Richelieu intercedunt apud <i>Suecos</i> pro Jesuitis.</p> <p>1640 Societatis centennarium 1<sup>um</sup> festive celebratur a rege, magnatibus, populo <i>Poloniæ.</i></p> <p>1643 Joan. Casimirus, frater Ladislai IV., <i>Poloniæ</i> regis, ingreditur Societatem (egreditur 1645).</p>	<p>Sententia 15. Apr. 1665 pronuntiata condemnavit PP. Buglio et Magalhaens ad vapulandum et exilium in Tartariam; P. Schall autem ad mortem crudelissimam, quippe qui membratim concidendus esset. Executio forti terræ motu et incendio palatii tamen impedita et in exilium commutata fuit. Schall vero apoplexia et aliis morbis Pekini mox confectus obiit 15. Aug. 1666.</p> <p><i>Kang-Hi</i>, regno potitus istis inimicis punitis retractataque tribunalis sententia bene meritum missionarium et doctum mathematicum 1669 honorifice in Ecclesia Pekinensi sepeliri jussit.</p> <hr style="width: 10%; margin: 20px auto;"/> <p>1641 Controversia cum <b>Bernardino de Cardenas</b>, illegitimo episcopo Assumptionis, in quam etiam <i>Palafox</i> Episcopus Angelopolitanus in Mexico se immiscuit. Res sopita non fuit ante 1665, quando missio ob eam multa mala jam passa erat.</p> <p>1643 <b>Antonius Rubino</b> cum 4 Sociis in <i>Japonia</i> heroice profitentur fidem proditi ab apostata Christophoro Ferreira.</p>
Sac.	211										
Schol.	269										
Coad.	144										
Socii	624										
182	183	184	185								

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1647 Confessio presbyteriana in Scotia.	1646. 1. Jan. <i>Prospero</i> : 1. Congregatio generalis singulis novenniis cele- branda novos eligat As- sistentes (ab Alexan- dro 1663 abrogatum); 2. Superiores, exceptis magistris novitiorum, elapso triennio, per ses- quiannum saltem, ces- sent ab officio (sæpe dispensatum, 1668 a Clemente IX. ad tem- pus suspensum, 1746 a Benedicto XIV. abro- gatum).	<b>Carrafa, Vincentius</b> (Neapoli natus 1585, 1604 ingr.) fuerat lector philosophiæ, magister novitiorum, Superior, Pro- vincialis Neapolitanæ. 1646. 7. Jan. electus est suf- fragiis 52 ex 88. <b>Decreta Congregatio- nis VIII.:</b> 1. professi ordinarie ne sint procu- ratores; 2. munus docendi grammaticam ut propriam Societatis etiam a sacerdotibus et professis est exercendum; 3. qui ingrediuntur Societatem ab- solutis studiis, non exigitur, ut tertiam probationem peragant; 4. Societas a cura monialium im- munis maneat; 5. gratiæ aguntur Dominicanis et Benedictinis ob beneficia re- cepta; 6. litterarum græcarum studium magnopere commendatur; 7. nemo admittendus ad professio- nem ante expletum 33um an- num; 8. mortuo Superiori succedit Mi- nister; 9. renovatio votorum habet vim primæ nuncupationis; 10. catalogus conficiendus et im- primendus censurarum et præ- ceptorum sub gravi; 11. de tempore ingressus et primo- rum votorum; 12. de studiis et examinibus; 13. fratribus Coadjutoribus puneta meditationis sunt danda, Mar- tyrologium meridie legendum; 14. omnes a negotiis sæcularibus, etiam propinquorum, abstine- ant; 15. de mediis juvandi domos pau- peres in temporalibus.	1645 Romæ in C. Scotorum ob temporis injuriam non sunt nisi 7 alumni.  1646. Ad fidem perducti sunt in hoc C. 6, quorum 2 pseudoepi- scoporum filii.  1646 Frequentibus colloquiis privatis <i>Taurini</i> conversi sunt 70 milites Calviniani. — <i>Cre- monæ</i> spiritualis cura carcere detentorum a regio prætore commissa est Societati; unus ad supplicium capitis subeun- dum tanta cum pietate se præparavit, ut qui aderant a lacrimis temperare sibi non possent.
<i>Pol. Jo. Casimirus</i> 1648—68.	1647. 16. Mart. <i>Uni- versalis</i> : Congregatio- nis generalis VII. (1615) et VIII. (1646) decreta de usu clericalis pilei, <i>biretti</i> nuncupati, tem- poralibus Coadjutoribus in posterum venturis non concedendi, petente Vincentio Carrafa, con- firmantur.	1646 <i>Epistola</i> : De mediis con- servandi primævum Societatis spiritum.  1647. 3. Jun. <i>Epist.</i> : De præ- fecto Missionum in singulis Pr. constituendo.  1649. 8. Jun. <b>Vinc. Carrafa</b> † morbo contracto in servitio pauperum tempore famis.	1647 Gallia 2 apostatas doluit: Petrum Jarrige, auctorem li- belli famosi contra Societatem, quem tamen 1650 resipiens retractavit, et Desiderium Cheminot, qui postea saltem ad fidem negatam reversus est.  1647. 9. Nov. Rex <i>Persarum</i> concedit <i>Francisco Rigordi</i> et sociis S. J. Asphaani in empta area ædes construere et juxta suum institutum vivere.
1648 Pax Vestfalica contra cu- jus decreta jura Ecclesiæ læ- dentia Innocentius X. pro- testatur bulla: <i>Zelus domus Dei</i> .	1648. 18. Jul. <i>In su- pererimentis</i> : Acade- mia Bambergensis, fun- data a Melchiore Ottone episcopo, sub directione S. J., confirmatur et privilegiis donatur.		
1649. 30. Jan. Caroli I regis Angliæ caput amputatur.			1649. 8. Jan. Jansenista Ar- nauldus apud Innocentium X. accusat Jesuitas quod per- sequantur episcopum Angelo- politanum Palafox.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ																
1643 <b>Joannes de Lugo</b> creatur Cardinalis.	1643 In Belgio in lucem prodeunt prima 2 volumina operis amplissimi, quod inscribitur „ <i>Acta Sanctorum</i> “.	1644 Torunii colloquio de religione cum dissidentibus <i>Poloniæ</i> intersunt 11 theologi S. J.	1642—48 rebellio in <i>Marylandia</i> .																
1644 Augetur <b>Pr. Lusitaniæ C. Elvensi</b> ; <i>Antonius Vieira</i> fit regii sacelli conceptionator.	<table border="1" style="width: 100%; border-collapse: collapse;"> <tr> <td colspan="2" style="text-align: center;"><b>Pr. Gallo-Belgica 1645.</b></td> </tr> <tr> <td colspan="2"><b>C.</b> Ariense, Athense, Audomarensense, Bethunnense, Cameracense, Dionantense, Duacense, Huense, Insulense, Leodiense, Luxemburgense, Malbodiense, Montense, Namurcense, Nivellense, Tornacense, Valencenense;</td> </tr> <tr> <td colspan="2"><b>D.</b> Armenteriana;</td> </tr> <tr> <td colspan="2"><b>Dpb.</b> Tornacensis;</td> </tr> <tr> <td colspan="2"><b>Sem.</b> Montense,</td> </tr> <tr> <td colspan="2">„ Scotorum Duacense.</td> </tr> <tr> <td>Sac. 388</td> <td rowspan="3" style="font-size: 2em; vertical-align: middle;">} 662</td> </tr> <tr> <td>Schol. 274</td> </tr> <tr> <td>Coad. }</td> </tr> </table>	<b>Pr. Gallo-Belgica 1645.</b>		<b>C.</b> Ariense, Athense, Audomarensense, Bethunnense, Cameracense, Dionantense, Duacense, Huense, Insulense, Leodiense, Luxemburgense, Malbodiense, Montense, Namurcense, Nivellense, Tornacense, Valencenense;		<b>D.</b> Armenteriana;		<b>Dpb.</b> Tornacensis;		<b>Sem.</b> Montense,		„ Scotorum Duacense.		Sac. 388	} 662	Schol. 274	Coad. }	1645. 1. Febr. <i>Henricus Morsæus</i> S. J. prius Romæ <b>C.</b> anglicani alumnus, Londini sanguinem profide dedit.	1646 Initium missionis in <b>Antillis</b> .
<b>Pr. Gallo-Belgica 1645.</b>																			
<b>C.</b> Ariense, Athense, Audomarensense, Bethunnense, Cameracense, Dionantense, Duacense, Huense, Insulense, Leodiense, Luxemburgense, Malbodiense, Montense, Namurcense, Nivellense, Tornacense, Valencenense;																			
<b>D.</b> Armenteriana;																			
<b>Dpb.</b> Tornacensis;																			
<b>Sem.</b> Montense,																			
„ Scotorum Duacense.																			
Sac. 388	} 662																		
Schol. 274																			
Coad. }																			
1646 <i>Conimbricæ</i> et <i>Eboræ</i> Professores Academiæ jurejurando solemniter obligant ad doctrinam de Immaculata B. V. Conceptione defendendam.		1647 <b>Jo. Casimirus</b> Cardinalis creatus, antequam sacerdos esset;	1646. 18. Oct. † <i>Isaacus Jogues</i> martyr per Irokesos (natus Aureliani 1607).																
1647 Palatium <i>Scalabitanum</i> (Santarem) Societati a rege datur, ut fiat <b>C.</b>	1648 <i>Georgius Plachy</i> S. J. qui fuit dux studentium in defensione <i>Pragæ</i> corona murali decoratur († 19. Apr. 1664); et <i>Ferdinandus III.</i> litteris Generali gratias agit.	1648—54 Labores apostolici, afflictiones et martyria Jesuitarum <i>Poloniæ</i> tempore belli cosatici.	1649. In <b>Pr. Novi Regni et Quitensi</b> erant Sac. 101 } Schol. 31 } 214 Coad. 82 }																
	1649 <b>R. Marcodurana</b> mutatur in <b>C.</b> Socii quamvis inter peste infectos ad sacramenta ministranda assidue versarentur, beneficio tamen divino incolumes servati sunt.		Initium missionum gallicarum in <i>America centrali</i> : circa 1640 <i>Martinicæ</i> , paulo post <i>Guadalupæ</i> , et <i>S. Christophori</i> ; 1651 <i>Cayennæ</i> ( <i>Guyancæ</i> ), 1652 <i>S. Vincentii</i> ; denique in parte gallica insulæ <i>S. Dominici</i> ( <i>Haiti</i> .)																

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1649—60 Rebellio republicana in Anglia. Cromwellus.	1649. 1. Mart. <i>Animarum salutis</i> : Renovantur ad 20 annos facultates S. J. in utraque India ab Urbano VIII. concessæ (cf. 15. Sept. 1629).	<p><b>Piccolomini, Franciscus</b> (1582 Senis natus, ingr. 1600), qui fuerat lector philosophiæ et theologiæ et præpositus Provinciarum Romanæ, Mediolanensis, Venetæ, 1649. 21. Dec. electus est suffragiis 59 ex 80, postquam electio in dubio fuit inter ipsum et Vicarium generalem, Florentium Montmorancium, Assistentem Germaniæ.</p>	1649 Toti pæne Civitati <i>Ravennatensi</i> ægrotanti PP. Collegii ministrabant sacramenta. Multi jam morti proximi reliquiis Sanctorum S. J. tacti convaluere.
1650. 11. Febr. † Rhenatus Cartesius, philosophus, rationalista; at mathematicus et physicus optime meritus.	1650. 20. Dec. <i>In supereminenti</i> : Ad sexennium, petente rege cath., facultas datur conferendi gradus iis qui studuerint annos 5 in C. S. J. insularum Philippinarum, ac de Chile, Tucuman, fluvii de Plata etc.	<p><b>Decreta IX. Congregationis:</b></p> <ol style="list-style-type: none"> <li>1. perturbatores censentur et ut tales puniendi sunt, qui novarum Provinciarum erectiones extorquere conantur;</li> <li>2. professi non fient, nisi qui superent mediocritatem in virtute;</li> <li>3. litanis adjungantur certæ preces in honorem B. M. V.;</li> <li>4. ubique et in omnibus ritus Romanus est observandus;</li> <li>5. in philosophia et theologia ne inutilis quæstiones tractentur;</li> <li>6. executionem præceptorum Generalisurgeatperselectos Superiores;</li> <li>7. insignes in lingua græca cum sufficienti notitia hebraicæ, quamvis mediocres in theologia, ad professionem promoveri possunt.</li> </ol>	1650 Unus tantum novitius in <i>Pr. Romana</i> admissus est, quia pluribus per Innocentium X. Pontificem non licebat. — Nulli sacerdoti desidioso esse licuit a Sacramentis ministrandis, cum Romam hic annus sanctus incredibilem peregrinantium multitudinem ex variis nationibus adduceret. — Congregatio dolentis Virginis, cui in <i>C. Romano</i> a pietate nomen est, in generalibus communionibus facile numeravit plus 142 millibus capitum ad mensam Eucharisticam.
1651—1652 Conversio complurium principum in Germania (ut Jo. Friderici de Hannover; Ernesti, Lantgravii de Hassia, aliorum).		1650. 28. Oct. <i>Epistola</i> : De utilitate et necessitate executionis.	1650 In <i>Flexiensi</i> (Franciæ) <i>C.</i> ab uno sacerdote ad hoc delecto, statutis temporibus circa 1500 pauperes evangelizantur.
		1651. 17. Jun. † <b>Franc. Piccolomini</b> .	1650 <i>Pr. Veneta</i> , cui invita a sacra Cardinalium Congregatione a. 1639 munus confessorii ordinarii in Carpensium sanctimonialium cœnobio impositum fuerat, ab hoc onere libera evasit.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
<p>1648 <i>Tudela</i> missio celebris cum immenso animarum fructu habita est ab Hieronymo Lopez: per 15 dies parochi, septem religiosi ordines, Collegii Patres indesinenter confessionibus audiendis vacabant. Idem fere contigit in 8 aliis oppidis per eundem Patrem missione exultis.</p>		<p>Sub Christina (1644—54) <b>Antonius Macedo</b> et <b>Joannes de Andrada</b> in comitatu legati Lusitaniæ in aulam <i>Sueciæ</i> venerunt. Christina, per P. Macedo et post per <b>Paulum Casati</b> religionem catholicam edocta, 1654 abdicato regno revertit in gremium Ecclesiæ.</p>	<p>1649 <b>Jo. de Brebeuf</b> et <b>Gabr. Lallemand</b> † martyres in <i>Canada</i>; it. ib. <b>Jacobus Buteux</b> † 1652.</p>
<p>1650 Præter alias missiones <b>Pr. Castellanae</b>, ad oppida 50 et ad urbes quasdam excurrere Patres e <b>C. Numantino</b> cum magno fructu, ita ut Arandæ cives Collegio ibi figendo templum, fundos, domos, hortos obtulerint.</p>	<p>1650 In <b>Pr. Austria</b> 800 socii et inter hos 323 Sac. Ecclesiæ reconciliarunt animas 508.</p> <p><i>Græcii</i> pauperes evangelizantur nova P. Simonis Wolgemuth nuper istic defuncti industria. Concioniones ibi in carceribus haberi cœptæ fructum tulerunt spe majorem.</p>	<p>1647 — 1649 Quamvis Cromwellus negaret, a republica postulari sanguinem Jesuitarum, tamen sub ipso in <i>Hibernia</i> necati sunt <i>Gulielm. Boyton</i>, <i>Robert. Netterville</i>, <i>Joan. Bath</i> et alii.</p>	<p>1650 Ex Sociis 342 <b>Pr. Mexicana</b> numerat 218 sacerdotes, quorum, aliis domi distentis, in variis gentium Christo asserendarum expeditionibus Ecclesiæ operam navant sexaginta.</p>
	<p>1650 <i>Germania Sup.</i> in 20 <b>C.</b> et 2 <b>Dpb.</b> atque aliis domiciliis missionibusque 13 numeravit Socios 637, quorum 333 erant Sac.</p>	<p>1650 In <i>Hibernia</i> Societas ex 14 quæ habebat domicilia, 10 amisit, templis ac domibus in militum nosocomia, vel stabula conversis vel solo æquatis.</p>	<p>1650—1654 <b>Alexander Rhodes</b> S. J. missionarius <i>Cocincinae</i> et scriptis et ipse coram id agit Romæ, ut episcopi et missionarii plures mittantur in <i>Tunkinum</i> et <i>Cocincinam</i>.</p>
<p>1651 Vallisoleti capite damnatis aliqui de Societate quum ultimo triduo totum maxime suprema nocte adesse solent.</p>	<p>1650 <i>Flandro-Belgica</i> non parum obnoxia fuit bellicis vel domi vel in vicinitate turbis. — Reducti ad avitam fidem plus 400.</p>		
<p>1651 <i>Murciæ</i> cœpta Maurorum catechisatio a quodam Patre theologiæ professore.</p>	<p>1651 In <i>Bohemia</i> e scholis Societatis præter eos qui Societatem sunt ingressi, 30 juvenes SS. Augustini, Francisci, Dominici, Norberti, Brunonis aliisque ordinibus nomina dedere.</p>		
198	199	200	201

## 5. Generales Gottifredi, Nickel, Oliva,

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1652 Georgius Fox, fundator sectæ Quakerorum in Anglia († 13. Jan. 1690).		<b>Gottifredi, Alexander</b> (Romæ natus 1595, ingr. 1610), insignis orator, lector philosophiæ et theologiæ, secretarius Vitelleschi, Visitator, Provincialis, electus Generalis 1652. 21. Jan.; jam mortuus est 12. Mart. ante dissolutam Congregationem. Senior Assistens P. Banfo Vicarii generalis suscepit munus, et 1652. 17. Mart. suffragiis 55 ex 77 electus est	Controversia cum <i>Jansenismo</i> magis magisque exardet. Victi in campo dogmatico per decisiones Romanorum Pontificum, suspectam reddere student „laxam moralem“ Jesuitarum.
1653 Innoc. X. damnat 5 propositiones ex „Augustino.“ Pro Jansenio scribunt Arnauld, Nicole, Pascal.	1653. 14. Mai. <i>Cum sicut accepimus</i> : Innoc. X. super differentias inter episcopum Angelopolitan. et religiosos S. J. de prædicatione et confessionibus ortas varia dubia ab alterutra parte proposita solvit.	<b>Nickel, Goswinus</b> (natus in Julia 1582, 1604 ingr.), qui fuerat Coloniae lector philosophiæ, Provincialis et Assistens.	1653 Gondrin, archiepisc. Senonensis (Sens), Jansenista, Jesuitas in diocesi suspendit: per 25 annos eorum templa remanent clausa.
1654 Christina, abdicato regno Sueciæ fit catholica et Romam petit.		<b>Decreta X. Congregationis:</b> 1. ad conservandam paupertatem commendatur Generali severa executio præceptorum de administratione et abdicacione bonorum; 2. secretum examinadoribus graviter injungitur; 3. plures quæstiones deciduntur circa electionem et modum res tractandi; 4. regulæ revisorum generalium approbatæ Provinciis communicandæ; 5. litanis addatur oratio in honorem SS. Ignatii et Xaverii; 6. declaratur præceptum de non procurandis externorum intercessionibus.	1653 <i>Bastiense C.</i> ope S. Ignatii invocata servatur ab incendio.
<i>Suec.</i> Carolus X. Gustavus 1654—1660.		1653 Missionarii stabiles S. J. in diversis mundi partibus 1000, i. e. in Europa (continente) 381 in Græcia et Syria 16 in Anglia et Marylandia 154 in Scotia 9 in Hibernia 19 in America { in Antillis 14 in Canada 18 in Mexico 59 in Peru et Nov. Gran. 43 in 23 miss. Paraquariæ 62 in Chili 12 in Philippinis 28 in Prov. Goana 59 in Malabar etc. 39 in Pr. Japoniæ 15 in China 18 in Brasilia 34 destinati in Sinas 6 destinati in Tunkinum 9 destinati in Cocineam 5	1654 † Joannes Bonnet in C. <i>Pictaviensi</i> . Vir fuerat doctrina, virtutibus, zelo animarum eximio præditus.
1655 Antonii Arnoldi, Jansenistæ († 1694) epistolæ de facto et jure.	1655—67 Alexander VII.		1654 Prov. <i>Veneta</i> numeravit Sac. 170 Schol. 93 Coad. 120 <u>Universos 383</u>
1656 Princeps Sulzbacensis Neuburgi in templo S. J. Ecclesiæ reconciliatur.	1655. 3. Aug. <i>Ex Rom. Pontificis</i> : Legata etc. missionarii etiam S. J. a fidelibus Hollandiæ elargienda, erogari debent in usum missionum.		1655 Novitii scholastici 28 in Pr. Romana admissi, obtenta permissione a novo Pontifice. Inter admissos a. 1656 eluxit Constantius Centoflorenus, qui post 30 annos in curia Romana impensos, cum fuisset præpositus cubiculo Innoc. X., Canonicus S. Petri, præfectus Archivi, senex 63 annorum cum maxima alacritate ingressus est Societatem.

de Noyelle, Gonzalez 1652—1705.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ																
<p>In <i>Lusitania</i> Joannes IV. (1640—56) vocat confes-sarium suum <b>Emmanuelem Fernandez</b> († 1660), in consilium status, qui declinat munus Inquisi-toris majoris, 2<sup>am</sup> in regno dignitatem. Etiam Al-phonsus VI. (1656—1683) et Petrus II. (1683—1706) fautores sunt Societatis.</p>	<p>1652 <i>Rheni Inf.</i> Socii ani-mas longe plures quam 915 ab hæresi ad Ecele-siam reduxere præter pagum quemdam, in quo plerique hæresim ejura-runt.</p>	<p>1652 <i>Mariæburgi</i> e 42 con-versis unus reductus esse videtur ab ipso SS. Sacramento, cui jam hæreticus honorem maximum exhibere consueverat. Inter 8 PP. <i>Lublinenses</i> peste sublato Martinus Wroblewicz in voluntario peste contactorum obse-quo defunctus est.</p>	<p>1652 In <i>Marylandia</i> opus Andreæ White continuat <i>Thomas Copley</i> (alias Philipp. Fisher).</p>																
<p>1653 Rege postulante, du-plex fit <b>Pr. Lusitana</b> et <i>Transtagana</i>, quæ tamen 1665 in unam Lusitaniam iterum redactæ fuerunt.</p>	<p>Dum per <i>Germaniam</i> Je-suitæ in Collegiis docere pergunt, in <i>Hungaria</i> et <i>Transylvania</i> vicissitudi-nibus belli Turcici et ar-bitrio principum Tran-sylvaniæ expositi vivunt, donec hæc provincia ab Austria occupetur.</p>	<p>1653 in <i>Polonia</i> conversi fuere 323, equibus Toruni supra 40, Gedani supra 200.</p>	<p>1653 <b>Antonius Vieira</b> in <i>Brasilia</i> defendit libertatem Indianorum contra negotiatores mancipiorum.</p>																
<p>1654 <i>Sardinia</i> Provincia post magnam pestilentia cladem reliquos habuit socios 150, et hos inter 53 sacerdotes.</p>	<p>1654 In <i>Germ. Sup.</i> 300 fere et 15 ad catholicam religionem reducti. Con-fessiones generales ex-ceptæ 3890, quo e nu-mero fuere 382 mona-chorum. Sacram Syna-xim adeuntium numerus fuit prope immensus: Mo-nachii in ipsa urbe nu-merabantur non minus 92.500.</p>		<p>1654. 23. Jan. <i>Gul. Auberjeon</i> et <i>Franc. Gueymu</i> galli ad necem usque cæsi in insula <i>S. Vincentii</i>.</p>																
<p>1655 Fundatur <b>C. Cetobri-cense</b> (Setubal).</p>	<p>1655 in <b>Pr. Austriae</b> erant: 1 <b>Dpr.</b>, 2 <b>Dpb.</b>, 20 <b>C.</b> (et <b>Sem.</b>), 16 <b>R.</b> et diversæ missionum stationes.</p> <table data-bbox="400 1485 619 1576"> <tr> <td>Sac.</td> <td>390</td> </tr> <tr> <td>Schol.</td> <td>340</td> </tr> <tr> <td>Coad.</td> <td>270</td> </tr> </table> <p>Universi 1000</p>	Sac.	390	Schol.	340	Coad.	270	<p>1655—60 Durissima sors Jesuitarum in <i>Polonia</i> tempore belli succici.</p>	<p>1654 In <b>Pr. Japonia</b> erant Jesu-itae 44. Ex his</p> <table data-bbox="1020 1440 1330 1576"> <tr> <td>in <b>C.</b> Amacaensi</td> <td>36</td> </tr> <tr> <td>in <b>M.</b> Tunkinensi</td> <td>5</td> </tr> <tr> <td>„ „ Cocincinensi</td> <td>1</td> </tr> <tr> <td>„ „ Macasarica</td> <td>1</td> </tr> <tr> <td>„ „ Cambogensi</td> <td>1</td> </tr> </table>	in <b>C.</b> Amacaensi	36	in <b>M.</b> Tunkinensi	5	„ „ Cocincinensi	1	„ „ Macasarica	1	„ „ Cambogensi	1
Sac.	390																		
Schol.	340																		
Coad.	270																		
in <b>C.</b> Amacaensi	36																		
in <b>M.</b> Tunkinensi	5																		
„ „ Cocincinensi	1																		
„ „ Macasarica	1																		
„ „ Cambogensi	1																		
<p>1655 In <i>Conimbricensi C.</i> nova Sodalitas erigitur a S. Ignatio nuncupata, cu-jus sodales ad perfectio-nem majorem tendere vo-lunt.</p>		<p>1656 In <i>Anglia</i>, quamvis „Protector“ eligere jus-sisset catholicos, aut ab-jurare fidem, aut 2 partes tertias honorum suorum cedere fisco, nemo tamen eorum, apud quos Socii degebant, in fide titu-bavit, imo in <b>C.</b> Aposto-lorum (quod 20 PP. nu-merabat) numerus fide-lium accessione 56 capi-tum auctus est.</p>	<p>In <i>Japonia ipsa</i> „proximis annis degebant 2. De his quid actum sit nescitur ob interclusam illuc navigationem.“</p>																
<p>206</p>	<p>207</p>	<p>208</p>	<p>209</p>																

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
Lus. Alphonsus VI. 1656—83.	1656. 24. Jul. <i>Alias fel. rec. Innoc.</i> : Statutum Innocentii X. (1. Jan. 1646) ut munera elapso triennio vacent et qui illis functi fuerint, per annum cum dimidio cessent, ad sesquiennium suspenditur.	1653. 30. Sept. <i>Epist.</i> : De amore et studio perfectæ paupertatis.	1656 Societas, mediante summo Pontifice, <i>Venetas</i> revertitur.
Germ. Leopoldus I. 1658—1705.	1657. 12. Oct. <i>Cum sicut nobis</i> : Exercitia spiritualia apud Jesuitas obeuntibus indulgentia plenaria conceditur.	1656. 16. Nov. <i>Epist.</i> : De nationali provincialique pernicioso spiritu in Societate vitando.	1656 Contra „laxam“ doctrinam moralem S. J. Blasius Pascal publicat <i>Epistolas provinciales</i> ob dicendi genus ingeniosum late diffusas, quæ tamen regis jussu 1660 publice combustæ sunt. Ejus calumnias statim refutare cœperunt 1657 <i>Jacob. Noet</i> et <i>Franc. Annat.</i> Doctam omni ex parte confutationem scripsit 1694 <i>Gabr. Daniel.</i>
1658 † Bartholomæus Holzhauser.		<p style="text-align: center;"><b>Pr. Rhœni Inferioris 1656.</b></p> <p><b>Dpb.</b> Trevirensis;</p> <p><b>C.</b> Aquisgranense, Bonnense, Coloniense, Confluentinum, Düsseldorfense, Embricense, Hildesien- ense, Marcoduranum, Monasteriense Eifflæ, Monasteriense Westphal., Novesiense, Paderbornense, Sigenense, Trevirensis;</p> <p><b>R.</b> Cosfeldiense, Hadamarensis, Juliacense, Meppensis, Sanctensis;</p> <p><b>M.</b> Arensburgæ, Borsen, Bremæ, Bucholdiæ, Burenæ, Embslandiæ, Falkenhagæ, Frisiæ orient., Geistæ, Glückstadii, S. Goaris, Hamburgi, Herensbergæ, Holsatiæ, Osnaburgi et in diocesi, Ravensteinii, Sagterlandiæ.</p> <p>Sac. 264 } 533 computatis Schol. 112 } exulibus 13 e Li- Coad. 157 } thuania et Polonia.</p>	
1658 Sociniani e Polonia exulare jubentur.			1659 <b>Storza Pallavicinus</b> creatur Cardinalis († 1667).
1778. 30. Maj. † Voltaire. 3. Jun. † Jo. Jac. Rousseau (Emile).  1778 Febronius retractat, sed insufficienter.  <i>Germ.</i> Josephus II. 1780—1790 fovet principia Febroniana.  1781 Ejusdem decretum tole- rantia pro protestantibus et græcis schismaticis et extensio „Placeti.“  1783 Mich. Giarve confirmatur Patriarcha Syrorum.  1783 Josephus II. Romæ. — Vetantur „Illuminati“ in Ba- varia.  1784. 30. Jul. † Diderot.  1785 Erigitur Nuntiatura Mon- achensis.  1786 Pseudosynodus Pistorien- sis (jansenistica). — „Punc- tatio“ Emsensis (febroniana).  1787. 1. Aug. † S. Alphonsus M. de Ligorio.  <i>Hisp.</i> Carolus IV. 1788—1808.  1789 Erumpit Revolutio gallica.  1790 Constitutio civilis cleri (schismatica).	1774—1799 Pius VI. nunquam retracta- vit sui decessoris concessionem circa S. J. in Russia; imo  1780 erectionem <b>Dph.</b> , collata episcopo Mal- lensi super religiosos auctoritate, implicite approbavit.  1782 Pius VI. Viennæ in Austria — nihil obtinet a Josepho II.	1774 Jan. Catharina II. se- verissime prohibuit promul- gationem Brevis in Russia; quæ etiam petentibus et in- sistentibus Jesuitis, nunquam est facta.  1780 Catharina II. visitat <b>C.</b> <i>Polocense</i> .  Comes Tchernitchevius, et 1782 Princeps Potemkin fautores Jesuitarum.  1782 Polocia 30 professi con- venerunt ad  <b>I. Congregationem rus- sam</b> et 17. Octobris ele- gerunt <b>Vicarium Generalem</b> , donec restitueretur Socie- tas, <b>Stanislaum Czernievi- czium</b> (annos natum 53, † 7. Jul. 1785), qui ad id tem- pus fuerat Vice-Provincialis. Hanc electionem et agendi rationem Jesuitarum in Russia approbasse Pium VI., scripto testatus est Benislawscius, Co- adjutor Mohiloviensis 24. Jul. 1785.  1785 <b>II. Congregatio rus- sa</b> 30 professorum Polocii coacta elegit 27. Sept.  <b>Gabrielem Lenkieviczium</b> († 10. Nov. 1798) <b>Vicarium Generalem</b>	1775 Parisiis inter conciona- tores Jubilæi erant 16 (Ex-) Jesuitæ, quorum celeberrimus <b>Jo. Nicol. Beauregard</b> († 27. Jul. 1804).  1777 Majo. Ludovicus XVI. præcepta 11 dat circa Ex- jesuitas, et 7. Jun. aliquot leges pœnales contra eos re- movet sub conditione, ut præ- ter alia imprimis profiteantur 4 articulos declarationis cleri gallicani ex anno 1682.  <i>Alph. Muzzarellus</i> , vir vere doctus et theologus S. Pœni- tentiariæ creatus, Romæ in- troduxit devotionem mensis Maji († 25. Maj. 1813). Alii Exjesuitæ erant consultores, lectores in scholis etc.  <i>Franc. Ant. Zacharias</i> , Exjes., professor Romæ in „Sapien- tia“, scripsit utilia opera, ut <i>Antifebronium</i> , et præerat Aca- demiæ ecclesiasticæ († 10. Oct. 1795).

Hispania, Lusitania	Germania	Anglia	Missiones exteræ
<p>1777 <i>Jos. de Oliveira</i> (S. J.) Mariæ antea confessarius, revocatur in regiam.</p> <p><i>Jo. de Gusmão</i>, ultimus Lusitaniæ Assistens, nomine 600 Sociorum postulat, ut Jesuitarum causa in judicio ageretur.</p>	<p>In <i>Austria</i> remanebant Exjesuitæ in possessione scholarum et præsidebant laboribus litterariis et aliis ad utilitatem communem spectantibus. <b>Maximil. Hell</b> († 1792) excelluit ut astronomus, <b>Rogerus Boscowicius</b> († 1787) ut physicus et mathematicus. <b>Sigm. Ant. comes de Hohenwart</b> factus est archiepiscopus Viennensis († 1820).</p>	<p>1776 In Scotia etiamnum 10 Exjesuitæ, inter quos <b>Patritius Gordon</b>, erant missionarii.</p>	<p>In <i>America septentrionali</i> Exjesuitæ suppressi continuant operam suam ut antea.</p> <p>1777 Exjesuitæ 4 missi sunt in <i>Cayennam</i>, quia nemo alius, qui linguam calleret, inventus est.</p> <p>1778 „Cum omni laude“ in insula <i>Tino</i> continuant missionem Exjesuitæ <b>Franc. Lalomia</b> et <b>Vincen-tius Agazio</b> „pauperrimi“.</p>
<p>1780 Romæ legati <i>Galliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ</i> solemniter protestantur contra <b>Domum probationis</b> apertam <i>Polociæ</i> in Alba Russia.</p>	<p>1780 Stralsundi et</p> <p>1790 Sverini ut missionarius degit <b>Æg. Duchesne</b> (S. J.).</p> <p>1786 in <i>R. Neomagensi</i> degabant Exjesuitæ <b>Nicolaus Pathuys</b> (ingr. 5. Dec. 1743) et <b>Huberti</b> (hujus cognominis inveniuntur 3 in catalogo 1771 in FlandroBelgiæ: <b>Jacobus, Joannes, Michael</b>; quis ex his 3? non liquet), quibus 1792 additus est <b>P. Henricus Fonteyne</b>.</p> <p>1762—1788 stationem <i>Amstelodamensem</i> moderabatur Exjesuita <b>Mathias Thomassen</b> (nat. 16. Febr. 1719, ingr. 2. Oct. 1737).</p>	<p>1781 Superstites erant in missione <i>Mayssurensi</i> 2 Exjesuitæ <b>Franc. Xav. Pavoni</b> et <b>Petrus Licchetta</b>, qui laudantur a S. Cong. de Prop. Mortuis Exjesuitis in Indiis orientalibus paulatim successerunt sacerdotes <b>Sem.</b> Missionum exterarum Parisiensis.</p> <p>1783 Lazaristæ in locum Exjesuitarum substituti advenere in <i>Chinam</i> 1785.</p> <p>1785. 5. Jul. † in <i>Laknow</i> Exjesuita <b>Jos. Tieffentaller</b>, anno ætatis 83., post diurnam vitam missionariam in <i>Mogol</i>, clarus etiam geographus (sepultus <i>Agræ</i>).</p> <p>1787 In Anglia funguntur munere missionariorum 77 Exjesuitæ.</p>	<p>1781 Superstites erant in missione <i>Mayssurensi</i> 2 Exjesuitæ <b>Franc. Xav. Pavoni</b> et <b>Petrus Licchetta</b>, qui laudantur a S. Cong. de Prop. Mortuis Exjesuitis in Indiis orientalibus paulatim successerunt sacerdotes <b>Sem.</b> Missionum exterarum Parisiensis.</p> <p>1783 Lazaristæ in locum Exjesuitarum substituti advenere in <i>Chinam</i> 1785.</p> <p>1785. 5. Jul. † in <i>Laknow</i> Exjesuita <b>Jos. Tieffentaller</b>, anno ætatis 83., post diurnam vitam missionariam in <i>Mogol</i>, clarus etiam geographus (sepultus <i>Agræ</i>).</p>

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Societas Jesu in Russia	Italia, Gallia
<p>1790 <i>Jo. Carroll</i>, Exjesuita, primus episcopus Baltimorensis († 2. Dec. 1815).</p> <p><i>Germ.</i> Leopoldus II. 1790—1792.</p> <p><i>Germ.</i> Franciscus II. 1792—1806.</p> <p><i>Austr.</i> id. I. 1806—1835.</p> <p>1793 — 1794 Tempus terroris in Gallia.</p>	<p>1788 Neapolitanum gubernium declarat extinctum vinculum <i>feudale</i> cum <b>Roma</b>. Tanucci tyrannice tractat <i>Ecclesiam</i>.</p>	<p><b>Decreta</b> (II. Congr. russæ 1785):</p> <ol style="list-style-type: none"> <li>1. ratio studiorum pro Russia est recognoscenda;</li> <li>2. Exjesuitæ, si desiderant ingredi in Russia: <i>professi</i> post exercitia unius hebdomadæ; <i>reliqui</i> non ante annum integrum ad vota admittendi sunt;</li> <li>3. Litanis oratio de SS. Corde singulis diebus addenda, sabbato præmittendæ litanis lauretanæ.</li> </ol>	<p>1787. 12. Febr. † Mediolani <b>Rogerus Boscovicius</b> (S. J.), præclarus mathematicus, philosophus, astronomus.</p> <p>Parisiis Quadragesimam prædicarunt</p> <p>1788 <b>Jos. Reyre</b> († 4. Feb. 1812),</p> <p>1789 <b>Jo. Nic. Beauregard</b> (ambo S. J.).</p>
<p>1793. 21. Jan. Regi Galliæ Ludovico XVI. per carnificem nex infertur. Religio christiana aboletur.</p> <p>1793. 13. Maj. † Martinus Gerbertus, abbas S. Blasii O. S. B. („De cantu et musica sacra“ etc.).</p> <p>1793. 2. Sept. † Jo. Nic. de Hontheim (= Febronius) episcopus auxiliarius Trevirensis, reconciliatus cum Ecclesia.</p>	<p>1797. 19. Feb. Tractatu Tolentino privatur Papa Legationibus, quæ junguntur Reipublicæ Cisalpinæ.</p>	<p>Paulus I. Moscua post coronationem rediens visitat Collegium Orsense S. J.</p>	<p>1791 <b>An. Alexand. Car. Maria Lanfant</b> cœpit concionari in Quadragesima, sed</p> <p>3. Sept. 1792 a rebellibus crudeliter est trucidatus Parisiis. Ibidem et alibi in Gallia multi alii Exjesuitæ victimæ ceciderunt revolutionis (cf. 657).</p>
<p><i>Russ.</i> Paulus I. 1796—1801.</p> <p>1796—1815 Bella Gallorum contra fere totam Europam.</p>	<p>1798 Pius VI. captivus ducitur Valentiam (Valence) ubi moritur 29. Aug. 1799.</p>	<p>Irriti manent conatus archiepiscopi Mabilevensis Siestrzencivici in destructionem S. J.</p>	
378	379	380	381

Hispania, Lusitania	Germania	Anglia	Missiones exteræ
<p>Evecta ad thronum Lusitanæ regina Maria, non solum Exjesuitæ, sed etiam aliæ victimæ tyrannidis Pombalianæ, numero 800 superstites e fere 9000 aut morte punitis aut deportatis aut carceribus mancipatis, e custodiis emergerunt.</p>	<p>1788 Amstelodami P. Mathiæ Thomassen hanc stationem ab a. 1762 moderanti, succedit P. Adamus Beckers, qui 15. Jul. 1744 Trajecti ad Mosam natus, novitiatum Mechliniensem 30. Sept. 1762 ingressus fuerat.</p>		<p>1784 Exjesuita Onuphrius Villiani, olim missionarius in Tunkino, qui exstincta S. J. ingressus erat Ordinem Capucinatorum cum nomine Laurentius Faventinus, e conventu suo prope Viterbium (Paranza), contra multiplices calumnias scripsit longam defensionem Jesuitarum in Tunkino, quam misit ad S. Congr. de Prop. Fide. Juxta illum 8 Exjesuitæ gubernabant tunc christianos 130,000 in Tunkino.</p>
<p>Sententia autem, quæ 12. Jan. 1759 contra tot innocentes pronuntiata fuerat, a consilio status et iudicibus ad hoc deputatis post accuratam revisionem processus rescissa, istorumque innocentia solemniter vindicata fuit 7. Apr. 1781.</p>		<p>1790 Thomas Weld, dives catholicus, Exjesuitis Angliæ in usum tradidit castellum suum <b>Stonyhurst</b>, quod postea 31. Jul. 1809 simul cum terra <i>Hodder</i> Societati donavit († 1. Aug. 1809).</p>	
<p>Marchioni de <i>Pombal</i>, quamvis a iudicibus declaratus esset scelerosus et pœna exemplari dignus, ob senectutem tamen castigatio corporalis per decretum regium (16. Aug. 1781) condonata est, in suo robore tamen manentibus omnibus juris titulis contra ejus domum in vita et post mortem. Insuper vetitus fuit propius quam ad 20 millia passuum ad curiam regiam accedere.</p>	<p>1791 Exjesuitæ in missione septentrionali:</p> <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Hamburgi: Geo. Martinengo et Nic. Rissen,</li> <li>2. Altonæ: Gul. Verflasen,</li> <li>3. Swerini: Æg. Duchesne,</li> <li>4. Hafniæ: Jos. Schurman,</li> <li>5. Fridericiæ: Jo. Weich.</li> </ol> <p>Braunsbergensis Collegii rector erat usque ad 1791 P. Laski, tunc senex. (Ex Actis Prop.)</p>	<p>1794 Exjesuitæ Leodienses, a Gallis fugati, pervenere in castellum Stonyhurst.</p>	<p>1792. 27. Jul. † Pekini Franc. <i>Bourgeois</i>, procurator Exjesuitarum gallorum.</p>
<p>Obiit in urbe Pombal 8. Maj. 1782.</p>	<p>1795. 13. Jan. Romæ † <b>Ignatius Rhomborg</b>, Offenbacensis, ultimus <i>Germaniæ</i> Assistens, a P. Ricci mortis causa nominatus Vicarius generalis.</p>	<p>1794 Edictum Gustavi III. (Sueciæ), quo catholici saltem tolerantur nec amplius mortis rei habentur.</p>	<p>1795 Pekini etiamnum sunt superstites Exjesuitæ: Jo. Jos. de <i>Grammont</i>, Lud. de <i>Poirot</i>, qui vertebat SS. Scripturam in linguam tartaram, Andr. <i>Rodriguez</i>, Jos. Bern. de <i>Almeida</i>, et Coadjutor Jos. <i>Panzi</i> (pictor in palatio), Florentinus, ex cujus epistolis ad Exjesuitas Solari, Bridault et Rossi Romæ commorantes hæc et alia colliguntur.</p>

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Societas Jesu in Russia	Italia, Gallia
1799 † Georgius Washington, primus præses Statuum unitorum Americæ septentr.		1799 Polociæ 30 professi celebrant <b>III. Congregationem russam</b> eligendo 1. Feb. <b>Franciscum Xaverium Kareu</b> († 30. Jul. 1802) Vicarium Generalem, qui per Breve 1801 creatus est „ <b>Generalis</b> “.	1793 Ferdinandus dux Parmensis (qui per Du Tillot expulerat Jesuitas 1768) petiit a Catharina Russiæ aliquot Patres, cui rei Pius VI. 1794 consensum tacite præbuit.
<i>Gall.</i> Napoleo Bonapars, I. Consul 1799—1804, dein Imperator Galliæ 1804—1814 († 5. Maj. 1821).		<b>Decreta:</b> 1. non licet admittere stipendia missarum; 2. confirmantur decreta de spiritu religioso, vita communi et prohibitione tractandi negotia politica.	
1801 Pax Lunavillensis.	1800—1823 Pius VII.	1800 Paulus I. tradit Jesuitis templum S. Catharinæ Petropoli, ubi cœptum est C.	De Societate in Italia resurgente et succrescente præ ceteris bene meritus est P. Jos. Ma. <b>Pignatelli</b> , præparando in patria candidatos, qui in Russia admitterentur.
1801. 15. Jul. Concordatum Napoleonis cum Papa (articuli organici!)	1801. 7. Mart. <i>Catholicæ fidei</i> : Societatis in Russia per Breve approbatio et confirmatio.		
<i>Russ.</i> Alexander I. 1801—1825.		1802. <b>IV. Congregatio Polocensis</b> 10. Oct. elegit Generalem pro Russia <b>Gabrielem Gruber</b> († 26. Mart. 1805).	
1802. 23. Maj. † Franc. X. Feller, Exjes. Scriptor copiosus.	1803. 15. Jan. Pius VII. gratulatur Generali S. J. in Russia.	<b>Decreta:</b> 1. Gratia agendæ Deo et Pontifici pro confirmatione in Russia. 2. satisfiat voluntati Imperatoris tradendo scientiam in scholis lingua russa.	
1802. 12. Aug. † Hyacinth. Sigm. Gerdil O. Barn., Card. doctissimus, apologeta Ecclesiæ.		1802. 12. Oct. Epist. Gabrielis Gruber, ad Pium VII.	
386	387	388	389

Hispania, Lusitania	Germania	Anglia	Missiones exteræ							
<p>1799 Carolus IV. iterum admittit Exjesuitas in <i>Hispaniam</i>. Hi se confecerunt in Bæticam, ubi pestis grassatur, qua initio anni 1800 amplius 27 Patres consumpti sunt.</p> <p>Sed anno integro nondum elapso imbecillus rex inductus est ad expellendos denuo Socios reliquos.</p> <p><b>De Societate SS<sup>mi</sup> Cordis Jesu et Patrum Fidei.</b></p> <p>1794. 8. Maj. Carolus de Broglie et Eleonor de Tournely fundant in Belgio Societatem Patrum sacratissimi Cordis Jesu. Expulsi ab exercitu gallo conseredere prope Augustam Vindelicorum et deinde Viennæ in Austria, sub protectrice Maria Anna, sorore imperatoris.</p> <p>1797 † Eleon. de Tournely. Sub successore ejus Jos. Davide Varin († 19. Apr. 1850), Societas SS. Cordis, cum Papa id desideraret, sese 1799 univit cum Patribus fidel.</p>	<p>Existunt Catalogi <i>Albæ Russiæ</i> 1775. 1777. 1783. 1786. 1788—1820 (excepto 1813); in quibus non pauca inveniuntur nomina germanica (hollandica) e. g. anno 1800—1801:</p> <p><b>PP.</b> Abramsberg, Gruber, Jackel, Lamprecht, Löffler, Meyer, Moritz, Thein, Wickert, Wissinger;</p> <p><b>Coad.</b> Benner, Burkhart, Kuhn, Lieb, Neyer, Voegelin, Vogt.</p> <p>1820 <b>PP.</b> Brickman, Broch, Feiner, Kohlman, Lange, Schultze, Steidle;</p> <p><b>Schol.</b> Bergman;</p> <p><b>Coad.</b> Greiner, Haesele, Huber, Lederle etc.</p> <p>Memoria speciali dignus videtur Exjesuita <i>Henricus Fonteyne</i>, (natus Brugis 13. Jan. 1746, ingr. Mechliniæ 3. Oct. 1764), post cladem Societatis ab episcopo Brugensi sacerdos ordinatus. Hic anno 1786 in tirocinium Düneburgense venit 8. Sept. 1787 professionem 4 votorum fecit, et 1792 a Vicario Generali Lenkiewicz in Neomagensem apud Batavos residentiam directus est, adjuturus Patres Nicolaum Pathuis et Huberti. Patrihus Fonteyne et Adamo Beckers, in Russia 1800 iterum in S. J. admissio, jure merito prima Societatis in Belgio tribuenda est instauratio.</p> <p>Jo. Philipp. <b>Roothaan</b>, postea Generalis, in C. Düneburgensi 18. Jun. 1804 incepit suum tirocinium.</p>	<p><b>Alba Russia 1800.</b></p> <p><b>C.</b> Polocense (et <b>Dpb.</b>)</p> <p><b>C.</b> Düneburg. (et <b>D3pb.</b>)</p> <p><b>C.</b> Mohileviense, Mscislawiense, Orsense, Vitebscense;</p> <p><b>D.</b> Dagden., Puszen., Chalczen., Czezerscen., Lozovien., Rasnen.</p> <table border="1" data-bbox="650 635 937 748"> <tr> <td>Sac.</td> <td>94</td> <td rowspan="3">} 214</td> </tr> <tr> <td>Schol.</td> <td>74</td> </tr> <tr> <td>Coad.</td> <td>46</td> </tr> </table> <p>1803 Papa permittente aliquot Exjesuitæ et novi candidati Societati in Russia aggregati sunt inter alios Angli <b>Gul. Strickland</b> et <b>Marmaduke Stone</b> cum aliis 8 professis et 14 Coadjutoribus formati (Stonyhurst 22. Maj. 1803).</p>	Sac.	94	} 214	Schol.	74	Coad.	46	<p>1793—1802 <i>Hieron. Delenda</i> (S. J.), vir „spectatæ virtutis et magni meriti“, nomine S. Congregationis de Prop. Fide administrat ecclesiam S. Benedicti (olim S. J.) Constantinopoli († 1803).</p> <p>1803. 19. Feb. In Marylandia † <b>Jac. Walton</b>, Exj. Anglus, qui per suppressionis tempus fideliter custodierat possessiones S. J. in America.</p>
Sac.	94	} 214								
Schol.	74									
Coad.	46									
390	391	392	393							

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Societas Jesu in Russia	Italia, Gallia
1803. 25. Feb. Decreto finali deputationis Imperii Ratisbonensi (Reichsdeputationshauptschluss) a statibus sæcularibus confiscantur omnes principatus ecclesiastici, bona Ecclesiarum etc.	1804. 30. Jul. <i>Per alias</i> : approbatio pro Russia extenditur ad regnum <i>utriusque Siciliae</i> .	1803—1815 Florens status Societatis in Alba Russia.	1804 Ferdinandus IV. vocat Societatem in regnum Neapolitanum, ubi 1805 numerabat Sacerd. 42, Schol. 23, Coad. 59, univ. 124. Qui eodem anno 1805 per Gallos expulsi se contulere pars in <i>Siciliam</i> , pars <i>Romam</i> . Sic cœpta est <b>Pr. Italiae</b> .
1804. 2. Dec. Napoleo I. ungitur a Pio VII. ut Imperator Gallorum, et sibi ipsi coronam imponit.	1805. 31. Oct. Pius VII. respondet Generali, se gaudere de electione etc.	1805. 2. Sept. electus est Generalis <b>Thaddæus Brzozowski a V. Congregatione Polocensi</b> .	Præpositus renuntiatus <i>Prov. Siciliae</i> , Cajetanus Angiolini, Neapoli Panormum petiit 30. Apr. 1805 cum 17 PP. antiquæ Prov. Siculæ et 13 junioribus ex Italia, et in ista urbe magna lætitia exceptus novæ Provinciæ initia auspiciatus est.
1804. 12. Febr. † Emmanuel Kant.	1806. 13. Oct. <i>Quod venerabilem</i> : de beatificatione Francisci de Hieronymo.	<b>Decreta:</b> 1. Jesuitæ ne addiscant musicam; 2. litanæ lauretanæ in festis B. M. V. addantur litanis omnium Sanctorum.	1808. 22. Jan. Romæ 46 Exjesuitæ hispani exules ab usurpatoribus in carceres conjiciuntur utpote non præstantes juramentum fidelitatis Josepho Bonæparti, intruso Hispaniæ regi.
1806. 6. Aug. Exstinguitur Sacrum Romanum Imperium nationis Teutonicæ.	1806. 13. Oct. <i>Quod venerabilem</i> : de beatificatione Francisci de Hieronymo.	1805. 14. Sept. Generalis scribit ad Papam.	
<i>Austr.</i> Franciscus I. 1806—1835.	1808 Patrimonium Petri occupatum et 1809 unitum cum Gallia; Napoleo excommunicatur.	1805—1812 Lites cum Academia Vilmensi dirimuntur erectione Academiæ Polocensis.	1810. 22. Feb. Romæ gubernium Napoleonis I. a P. Jos. M. Pignatelli postulat catalogum sociorum ad S. Pantaleonis residentium.
1813 Napoleo victus in Russia, 1814 captivus Ilvæ (Elba), et post ultimam cladem apud Waterloo 1815 relegatus in insulam Stæ. Helenæ.	1810 Pius VII., excommunicato Napoleone, captivus ducitur Gratianopolim, inde Savonam et 1812 usque ad Fontainebleau; 1814 Napoleone dejecto Papa reversus triumphaliter recipitur a Romanis.	1816. 3. Jan. Generalis cum 25 sociis Petropoli abire jussi per milites ejiciuntur.	1814 in regno Siciliae numerabantur: C. 4 Dpr. 1 D. 2 Sac. 63 } Schol. 63 } 199 Coad. 73 }
1820. 13. Mart. (st. v.) = 25. Mart. Alexander I. decreto suo Societatem e finibus imperii ejicit.			

Patres Fidei	Germania	Anglia	Missiones exterae
<p>Societatem <b>Patrum Fidel Romæ</b> condidit 15. Aug. 1797 Nicolaus Paccanari, laicus Tridentinus.</p> <p>Qui (unione cum Soc. SS. Cordis Jesu facta) late diffundebantur in <i>Italia, Gallia, Germania, Anglia</i>. Inter eos erant præcipui Anton Kohlmann († Romæ 10. Apr. 1836), Nic. Godinot († 26. Maj. 1842), Car. Jos. Gloriot († 18. Feb. 1844), Jo. Lud. Rozaven de Leissegues († 2. Apr. 1851 ut Assistens Galliæ), Jos. Sineo della Torre, fundator novæ Provinciæ Germaniæ († 5. Octobr. 1842). Paulatim <b>C.<sup>ia</sup></b> et <b>Convictus</b> aperuerunt, ab a. 1804 etiam missiones et exercitia tradebant. At cum Paccanari, interim factus sacerdos, aggregationi cum Jesuitis in Russia ob-sisteret, imo spiritum vero Instituto Societatis Jesu inimicum ostenderet et vitam ageret religioso viro indignam, paulatim integræ domus, incipiendo ab a. 1804 ab eo se separarunt. Ipse 1807 mandato Pii VII. in custodiam missus, sed 1809 a Gallis liberatus ex historia disparuit. Patres vero, qui jam 1807 <b>C. 8</b> regebant in Gallia, 1810—1814 Societati Jesu in Alba Russia nomen dederunt et a Generali aggregati sunt <b>V. Pr. Helveticæ</b>.</p>	<p>1803 Dusseldorpium ad-venit Joannes Genneper, rector olim <b>C. Embricen-sis</b>, missus a Generali S. J. Russiæ, ut Superior esset Sociorum in ea urbe ex communi diluvio etiam-tum una commorantium. Hic quosdam novitios in Russiam misit. Mortuo 8. Maj. 1808 successit <b>Hermanus Schönbusch</b>, Dusselanus, † in fama sanctitatis 24. Nov. 1810. <b>D. Dusselana</b> 1832 <i>Pr. Belgicæ</i> attributa est. Ultimi ibidem Jesuitæ erant: Henr. Wüsten † 9. Nov. 1835, Phil. Schulten † 10. Feb. 1840, Mich. Granderath † 12. Apr. 1842.</p>	<p>27. Sept. 1803 aperitur in <i>Hodder Angliæ Dpb.</i> ma-gistro <b>Carolo Plowden</b>.</p> <p>Sic quodam modo prima omnium in nova Socie-tate cœpta est quasi <i>Pro-vincia Angliæ</i> cui adjunc-tæ fuerunt missiones: <i>Jamaica, Honduras (brit.), Canada</i>. — Fuerat <i>Anglia</i> 1580—1619 <i>Missio</i>, 1619—1623 <b>V. Pr.</b>, 1623—1773 <b>Pr.</b></p> <p>1811. 16. Feb. † Dublini <b>Thom. Betagh</b>, ultimus Societatis antiquæ in <i>Hibernia</i> socius.</p> <p>1812. <i>Missio Hiberniæ</i>.</p>	<p>1803 Exjesuitæ 11 <i>Marylandiæ</i> So-cietati in Russia nomen dedere, quos admisit Generalis Gruber litteris 13. Mart. 1804 ad Episco-pum Carroll datis, quæ admissio tamen non valebat nisi pro foro interno. Episcopus nomine Generalis creavit <b>Robertum Moly-neux</b> Superiorem in America 21. Jun. 1805. Eodem tempore pri-mus in America septentrionali Novitatus initium sumpsit.</p> <p>1809 Missiones per <i>Sibiriam</i> propo-nuntur in Irkutsk et Tomsk postu-lante gubernatore Pestel.</p>
<p><b>De Dominabus SS<sup>mi</sup> Cordis Jesu:</b></p> <p>Hæc Congregatio originem suam debet Nicolao Paccanario, Superiori generali Patrum fidei, et archiducissæ Mariæ Annæ ab Austria, formata et incepta Pragæ 1799 sub nomine „Dilectarum a Jesu“. A Josepho Dav. Varin, tunc subdito Paccanarii, anno 1800 in Galliam translata et per Beatam Magda-lenam Sophiam Barat (nat. 13. Dec. 1779 † 24. Maj. 1865) et socias continuata nomen assumpsit <i>Dominarum ab Instructione</i> usque ad annum 1826, quo regulæ hujus Instituti a Leone XII. approbatæ sunt pro „Congregatione Dominarum a SS. Corde Jesu“. — Origo ipsa, postulata per Societatem Jesu et præ-stita ante suam admissionem a P. Varin (1814) abdicatio omnis gubernationis circa istas moniales, decla-ratio Generalium S. J., speciatim PP. Roothaan et Anderledy, et continuata protestatio totius Societatis Jesu, abunde probant, nullam prorsus intercedere conjunctionem aut necessitudinem inter Societatem et laudatam Congregationem.</p>			
398	399	400	401

# III. Societas Jesu

## 8. Generales Brzozowski,

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<i>Gall.</i> Ludovicus XVIII. 1814—1824.	1814. 7. Aug. <b>Sollicitudo omnium Ecclesiarum: Societatis Jesu in universo orbe restituito.</b>	<b>Thaddæus Brzozowski</b> , per restitutionem Societatis sine nova electione factus est Generalis totius religionis. Natus erat 1749 21. Oct. in Polonia, 1765 26. Aug. ingressus, 1784 2. Feb. professus, concionatus cum successu, nominatus a Vicario Generali Kareu 1797 Secretarius, et 1802 factus Assistens.	1814 S. J. restituta in Gallia (constans ex 7 antiquis Sociis et 40 PP. Fidei) sub <i>Pet. Josepho Picot de Clorivière</i> accipit directionem parvorum Seminariorum ad St. Acheolum, Burdigalensis et Montis-Maurillonis, et majoris Seminarii Suessionensis. Jam 1814 inchoatus est Novitiatus Parisiis; traduntur Missiones, conduntur Sodalitates.
<i>Hisp.</i> Ferdinandus VII. 1814—1833 (sanctio pragmatica 29. Mart. 1830).	1814. 26. Nov. <i>Accipimus litteras:</i> respondet Generali gratias agenti.		
1815 Congressus Viennensis; protestatio Summi Pontificis.	1818. 16. Jun. conceditur indulgentia plenaria in die anniversario restitutionis.	1820. 5. Feb. † <b>Thad. Brzozowski.</b>	1815 <b>D. Regii</b> in ducatu Mutinensi.
Concordata cum Bavaria, Borussia et aliis guberniis.	1821. 6. Feb. Pius VII. concedit: 1. privilegia pro officiis et missis ut ante suppressionem; 2. facultatem impertiendi nostris benedictionem cum indulgentia plen. in articulo mortis; 3. aggregandi ad primariam bonæ mortis Congregationem et indulgentias communicandi.	Cum sedes Generalatus juxta Institutum reponenda esset Romæ, huc Vicarius Generalis, Marianus Aloysius Petrucci, convocavit Congregationem generalem. Quæ Petruccium, qui contra legitimitatem Congregationis pluralitate suffragiorum jam declaratam protestabatur eique subesse nolebat, ab officio deposuit et aliquot alios, ut Rezzium, expulit.	1817 <b>D. Genuee.</b> 1818 <b>C. Taurinense.</b>
<i>Lus.</i> Joannes VI. 1816—1826.			1819 Romæ 6. Oct. † <i>Carolus Emmanuel</i> , prius (1796—1802) rex Sardinia, sed ab a. 1815 <i>Schol. S. J.</i> Etiam alii reges Sardinia favebant Jesuitis: <i>Carolo Felici</i> (1821—1831) <i>Jo. Ant. Grassi</i> († 12. Dec. 1849) erat a confessionibus; et <i>Carolus Albertus</i> (1831—1849) fundavit <b>D. S. J.</b> 1838.
1818 Fœdus quoddam statuum Europæorum ad suppressendum commercium nigritarum.		18. Oct. 1820 electus est Generalis <b>Aloysius Fortis</b> (natus Veronæ 1748, ingr. juvenis 14 annorum).	
<i>Angl.</i> Georgius IV. 1820—1830.			1820. 17. Jan. erigitur <b>Pr. Gallia</b> ; 38 Socii e Russia pulsî, huic <b>Pr.</b> accedunt.
1821. 5. Maj. † Ludov. Napoleo Bonapars in insula S. Helenæ.	1823—1829 <b>Leo XII.</b> qui ut Cardinalis occasione XX. Congregationis aspere egerat, Societati favet.		
1822 Associatio Lugdunensis ad fidem propagandam.	1824. 17. Maj. <i>Cum multa:</i> <b>C. Romanum</b> et jus aggregandi Congregationes <b>B. V.</b> restituntur.	23. Oct. electi sunt <i>Assistentes:</i> pro <i>Italia</i> Vinc. Zauli, pro <i>Polonia</i> Raym. Brzozowski, 3. <sup>us</sup> Aug. Monzon, 4. <sup>us</sup> Jo. Rozaven.	1820 <b>Pr. Sicula</b> numerabat Sac. 61, <i>Schol.</i> 53, <i>Coad.</i> 69 in 7 <b>C.</b> , 1 <b>Dpr.</b> 3 <b>R.</b> 1821 <b>C. Mutinense.</b>

# restituta 1814—1914.

Fortis, Roothaan 1814—1853.

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ
1815 Ferdinandus VII. decreto (d. 15. Maji) Societatem revocat in Hispaniam, quo ex Italia venere Socii antiqui: 112 Sacerd. et 10 Coad. ad formandam <b>V. Pr.</b> Hispaniæ 1817 sub Commissario generali Enmanuele Zuñiga.	1805 Roma Sedunum venit <b>Jos. Sineo a Turri</b> cum 6 PP. Fidei: hi 1810 in foro conscientiæ aggregati fuere Societati, quam publice professi sunt 1814.  1814 <b>R. Sedunensis.</b>  1815 <b>C. Brigense, Dpb. et Cv.</b>  1814 Jesuitæ, favente Mauritio de Broglie, episcopo Gandensi, in <i>Belgii</i> pago Rumbeke <b>Dpb.</b> aperuerunt, unde mox in Destelbergen migrarunt. Expulsi a gubernio calviniano 1816 in palatium episcopi fugerunt; at 1818 e Belgio abire coguntur, paucis dispersis remanentibus.  1818 <b>C. Friburgi</b> (Helv.). <b>D3pb. Staviacensis.</b>  1821 <b>D. omnes</b> in <i>Helv.</i> cum stationibus in <i>Belgio, Batavia, Germania</i> (Düsseldorp., Hildesium) junguntur in unam <b>V. Pr. Helvetiæ</b> , V. Provinciali Nic. Godinot. <i>Socii</i> 140.	1814 <b>C. Cluense</b> in <i>Hibernia</i> ;  1816 <b>Dpb. Tulliolana.</b> (postea <b>C.</b> )  1817. 19. Oct. <b>Pr. Angliæ</b> numerabat: Sac. 40 Schol. 37 Coad. 7 } 84  1820. 27. Aug. S. J. e Russia exulans edicto Cæsaris Austriæ admittitur in <i>Galiciam</i> . Inchoantur <b>C. Tarnopoli</b> et <b>Dpb. Staravisiensis. Pr. Galiciana.</b>	1815 <b>C. Georgiopolitanum</b> in America sept. fit Universitas.  Joannes Carroll, archiepiscopus Baltimoriensis.  1818 in <i>America septentrionali</i> numerantur Socii 86 (alias dicuntur 73).  1821 Petrus De Smet navigat in Americam sept.
1818 in tota ditone regis catholici erant 14 <b>C.</b> (quorum 3 in urbe Mexico), 2 <b>Dpb.</b> , 2 <b>Sem.</b> nobilium, 2 <b>R.</b>  1822. 17. Nov. <i>Jo. Urigoitia</i> , senex 82 annorum, occiditur prope Manresam. Alii socii e domibus pulsati 1823 redire potuerunt et occupaverunt <b>C. Matritense.</b>	1822 Exercitiis sacris in <i>Belgio</i> exculti sunt homines 3000, in his 500 sacerdotes.	Ex Sociis extinctæ <b>Pr. Albæ Russiæ</b> 1821 erant 158 in <b>Pr. Galiciana</b> , 88 in Italia, 38 in Gallia, 6 in Helvetia, 3 in Anglia, 4 in Belgio, 3 in Germ. Sup. 2 in Archipelago, 7 defuncti, 14 jam prius extra <b>Pr.</b> 35 dimissi. Sac. 192 Schol. 83 Coad. 83 } 358	1823 Novitii aliquot duce Carolo Van Quickenborn, e Marylandia migrant in <i>Missouri</i> , et <b>Dpb. Florissant</b> condunt.

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
1824. 24. Jan. † Cardinalis Con- salvius.	1824. 16. Sept. Fa- cultas datur Generali, ut Socii curam anima- rum agentes stipendia pro missis et ministeriis accipere possint.	<b>Decreta XX. Congre- gationis:</b> 1. Confirmantur Constitutiones, de- creta, regulæ, censura, præcepta, casus reservati etc. antiquæ So- cietatis; 2. paupertas strictissime servetur juxta Institutum; 3. ratio studiorum est revidenda; 4. dantur ordinationes circa disci- plinam, e. g. de duratione novitia- tus et 3ii anni probationis; 5. commendatur studium Instituti, cum omnibus tum tertiariis, item pœnitentiarum usus in refectorio et regulæ modestiæ; 6. ante sacerdotium examen subeun- dum est ex universa theologia mor- ali; 7. anniversarius restitutionis dies (7. Ang.) celebretur ut dies primæ confirmationis.	Inimici S. J. in Gallia, ut comes Franc. Dom. de Renaud Mont- losier 1824, et vehementius 1826, aggrediuntur Societa- tem, imprimis ejus scholas.
<i>Gallia:</i> Carolus X. 1824—1830.			1824 C. Romanum restituitur Societati.
1825. 1. Dec. † Alexander I. Russ.	1825. 7. Mart. Fa- cultas aggregandi Con- gregationes, quæ sub re- gimine Societatis non sunt.		1825 Leo XII. <i>Spoleti</i> , in sua patria condit C. et
<i>Russ.</i> Nicolaus I. 1825—1855.			1826 C. Nobilium in urbe Je- suitis gubernandum tradit.
<i>Lus.</i> Michael 1828—1834.	1826. 11. Jul. <i>Plura inter:</i> gratiarum et fa- cultatum tum perpet- tuarum quam vicenna- lium confirmatio aut nova concessio. (Ali- quæ ex antiqua Societate nec nominantur nec abo- lentur, sed Romæ prac- tice vigent.)	1823 Generalis prohibet docere systema de Lamensis.	1828 in <i>Gallia</i> scholæ S. J. clau- duntur, inter alias <i>S. Acheoli</i> 800 scholarium.
1829 Emancipatio catholicorum in Anglia.	1827 Conceditur facul- tas: 1. 22. Jan. aggregandi ad primariam bonæ mor- tis Congregationes, quæ sub regimine So- cietatis non sunt; 2. 2. Mart. admittendi ad novitiatum post com- pletum 12. ætatis annum.	1829. 27. Jan. † <b>Aloys. Fortis.</b>	1830 disperguntur Socii galli per revolutionem. Sed cum a Sept. præjudicia magis evanescerent, iterum uniti, 1832 assistunt infectis cholera morbo.
<i>Angl.</i> Gulielmus IV. 1830—1837.		<b>Joannes Roothaan</b> (1785 Amstelodami natus, ingr. in Russia 18. Jun. 1804) lector rhetorices, concionator, Mis- sionaris in Vallesia, rector Taurinensis,	1830 ad <b>Pr. Italiae</b> pertine- bant: <b>Dpr.</b> (Rom.), <b>Dpb.</b> 2, <b>D3pb.</b> , 20 C., 9 Cv., R. 1. Sac. 183 Schol. 199 } 579 Coad. 197 }
1830 Revolutio mensis Julii in Gallia.		1829. 9. Jul. electus est Gene- ralis.	
<i>Gall.</i> Ludovicus Philippus 1830 —1848.		<b>Decreta Congregatio- nis XXI:</b> 1. Assistentiæ sunt 4: Italia, Ger- mania, Hispaniæ (in proxima Congr. additur Angliæ); 2. Congregationes triennes Pro- curatorum debito tempore cele- brentur; 3. theologia scholastica et disputati- ones in forma serventur;	1835 C. Brugelettense ( <b>Pr. Gal- liæ</b> ).
1830 Aug.—Nov. 1831 Belgium fit independens regnum (ab Hollandia): Leopoldus I. 1831 — 1865.	1828. 23. Jun. Pro- fessores Societatis de- creto Cæsareo de exa- minibus subeundis parere possunt, et si jubeantur, debent.		1836 admittitur S. J. in ditio- nem <i>Langobardo-Venetam. D. Veronensis</i> .
1830—1831 Post rebellionem in Polonia crescit persecutio Ec- clesiæ in Russia.			

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Misiones exteræ
1823. 16. Oct. <i>Hispania</i> declaratur <b>Provincia</b> primo Provinciali Petro Cordon.	1823. <b>R. Gandavensis</b> (Oost—Ecclo).	1823. 19. Feb. † RR. DD. Ignatius Roczynski, antiquæ S. J. Socius ab a. 1760, post 1773 Canonicus, deinde Archiep. Gnesnensis et Poloniae Primas. Qua dignitate abdicata 1819 novæ Societati iterum nomen dederat.	
1825 Jesuitæ aliquot constituuntur professores in schola militari universali <i>Segubiæ</i> .	1826 Ex <b>V. Pr.</b> Helvetiæ fit <b>Pr. Germaniæ Superioris</b> . <b>M. Cœthensis</b> .	1826 <b>C. Tyniecense</b> (Galic.).	
1827 <b>C.</b> Nobilium <i>Matri-tense</i> , inauguratum jam 8. Dec. 1826.	1827 Decretum Francisci I. Imperatoris in favorem Societatis.	In <i>Hibernia</i> , ab a. 1829 <b>V. Pr.</b> , Societas in <b>C.<sup>iis</sup></b> et <b>M.<sup>bns</sup></b> eadem juris securitate fruebatur, qua in <i>Anglia</i> , etsi leges scriptæ erant inimicæ.	
1829 vocantur aliquot Jesuitæ galli a rege Michaeli in Lusitaniam: 13. Aug. <b>Phil. Delvaux</b> cum 5 PP. et 2 FF. advenerunt Ulyssiponem.	1828 Multi confluunt scholares in <b>C. Friburgense</b> (Helv.) suppressis <b>C.</b> in Gallia.	In <i>Anglia</i> Societas ab a. 1814 ad ministeria incumberebat quasi privatim et secreto, a 1829 magis publice et in aperto.	1829 in civitate S. <i>Ludovici</i> (Missouri) inchoatur <b>C.</b> , 1832 ad gradum Universitatis erectum.
1832. 17. Feb. <b>Phil. Delvaux</b> in parochia Pombal (dicec. Conimbric.) celebravit funeralia Marchionis Pombal, cujus corpus ab a. 1782 insepultum manserat.	1829 Assistentiæ Poloniae substituitur Assist. <i>Germaniæ</i> , ad quam etiam pertineant Austria, Galicia, Belgium, Neerlandia, et (usque ad 1853) Anglia, Hibernia, Marylandia, Missouriia.	1829—1846 in <i>Austria</i> eriguntur <b>Dpb. Græcii</b> (quæ 1829 transfertur e Gleisdorf), <b>C. Lincii</b> , <b>C.</b> et 2 <b>Cv. Cœniponti</b> .	1830 mense Nov. cœpta est a PP. gallis Missio Kentuckejensis.
1832 <i>Conimbricense C.</i> a rege redditur Jesuitis.	1832 a Germania Superiore separantur Belgium et Neerlandia ut propria <b>Pr. Belgica</b> .	1831 Socii in <i>Galicia</i> serviunt cholera morbo affectis.	1831 <b>M. Missouriiana</b> independens facta.
		1832 <b>C. Neo-Sandecense</b> loco <b>C. Tyniecensis</b> incendio destructi.	1831 <b>Paul. Riccadonna et Bened. Planchet M.</b> in <i>Syria</i> inchoant, quibus postea accessit celebrer <b>Maximilianus Rylo</b> (Russus).

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia
<i>Lus.</i> Maria II. 1834—1853.	1829—1830 Pius VIII.  1831—1846 Gregorius XVI.	4. etiam qui theologiæ per quadriennium non applicantur, theologiæ dogmaticæ notitiam sufficientem acquirere debent; 5. lingua latina omnino retinenda est in docendis logica, metaphysica, theologia; 6. ratio studiorum revidenda et nostris temporibus accommodanda; 7. prohibetur abjecte loqui de gradu Coadjutorum spiritualium; 8. quædam de disciplinæ observantia.	Catalogos <i>Pr. Gallicæ</i> 1814—1836 ex archivo domestico annis 1892—1894 typis imprimi fecit Alexander Vivier cum præfationibus et notis eruditis, et cum „Appendice ad catalogos“, in qua reperiuntur series Superiorum, numerus Sociorum, destinatio domorum, nomina latina locorum cum versione gallica, et Index rerum notabilium.
<i>Austr.</i> Ferdinandus I. 1835—1848.	1832. 2. Apr. Conceditur indulgentia plenaria post domus visitationem.	1830. 7. Jul. <i>Epistola</i> : De amore Societatis et Instituti nostri.	
1835 Resuscitatur spiritus catholicus in Germania. Scriptores apologetæ, ut Möhler († 1838): „Symbolik“.	1833. 13. Jan. Datur facultas accipiendi minervalia in collegiis Americæ, Angliæ, Hiberniæ.	1831. 24. Jul. <i>Epistola</i> : De tribulationibus et persecutionibus.	
<i>Angl.</i> Victoria 1837—1901.	1838. 13. Maj. datur facultas missionariis 1. missam hora 2a post mediam noctem celebrandi, et 2. missarum stipendia et jura stolæ in missionibus exteris accipiendi.	1833. 3. Dec. <i>Epist.</i> : De missionum exterarum desiderio excitando et fovendo.	1837 Romæ lue asiatica grassante socii amplius 300, voto in honorem purissimi Cordis B. M. V. nuncupato, omnes, ne uno quidem excepto, a morbo immunes manserunt, quamvis plerique per omne tempus inter ægros, moribundos, corpora mortua versarentur serviendo.
1837 In Borussia condemnantur et captivi tenentur Clemens Augustus, archiepiscopus Coloniensis († 1845), et (1839) Martinus de Dunin, archiep. Posnaniæ († 26. Dec. 1842).		1834. 27. Dec. <i>Epistola</i> : De spiritualium exercitiorum S. P. N. studio et usu.	
1839 Coacta apostasia 3 episcoporum unitorum in Russia; Greg. XVI. tuetur jura Ecclesiæ.	1839. 26. Maj. <i>Ad apostolici ministerii</i> : Bulla canonizationis B. Francisci de Hieronymo, et (1840. 17. Mart.) indulgentia plenaria in die ejus festo.	1839. 27. Dec. <i>Epistola</i> : In annum sæcularem.	1838 Veronæ Cardinalis Carolus Odescalchi dat nomen Societati († 1841).


Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missiones exteræ																										
<p>1833 grassante cholera, Ulyssipone et Conimbriæ Socii ægrotis plurimis diu noctuque opem tulere.</p> <p>1834 deposito Rege Michaele ejus frater Petrus renovando leges Pombalii Jesuitas in exilium eiecit.</p> <p>1834. 17. Jul. <i>Matriti</i> a rebellibus trucidati sunt <b>Sac.</b> 4, <b>Schol.</b> 8, <b>Coad.</b> 3. (Infra 656).</p>	<p>1831—1845 in <i>Belgio</i> <b>C.</b> 9 conduntur, inter quæ scholasticatus Lovaniensis, <b>C.</b> Bruxellense (1835) et Antverpiense (1840), et <b>Dpb.</b> (Nivellensis, postea) Trunciniensis cum aliquot <b>R.</b></p> <p>1836 Inchoatur <b>C.</b> <i>Suittense</i>. <b>Pr.</b> <i>Germaniæ</i> 1814 cœpta est cum 11 sociis, qui 1815 creverant ad 25; numerabat</p> <table data-bbox="378 839 574 941"> <tr><td>1824 socios</td><td>168</td></tr> <tr><td>1836</td><td>231</td></tr> <tr><td>1845</td><td>277</td></tr> </table>	1824 socios	168	1836	231	1845	277	<p>1832 Scholastici 6 <b>Pr.</b> <i>Galicæ</i>, qui jam absolverant theologiam, per leges civiles tamen a sacris ordinibus prohibebantur. Quare hoc anno recolebant theologiam moralem et discebant linguam polonicam et germanicam.</p> <p>Præclara extat editio Catalogorum <i>Galicæ</i> de annis 1821—1832 et 1849 ad 1852, impressa Cracoviæ 1900 et 1901.</p>	<p>1834 inchoant <b>M.</b> <i>Calcuttensem</i> 4 Sacerdotes cum 2 Coadjutoribus.</p> <p>1835 Socii hispani in <i>Argentinam</i> invitati sunt et ibidem</p> <p>1836 <b>M.</b> inaugurarunt. 1843 impulsi <i>Brasiliam</i>, <i>Uruguay</i>, <i>Paraguay</i>, <i>Chile</i>, et postmodum <i>Argentinam</i> iterum excolere cœperunt.</p>																				
1824 socios	168																												
1836	231																												
1845	277																												
<table border="1" data-bbox="22 1099 309 1492"> <tr><td colspan="2"><b>Pr. Hispaniæ</b> ineunte anno 1835.</td></tr> <tr><td><b>C.</b> <i>Matriten. imperiale</i>;</td><td></td></tr> <tr><td><b>Dpb.</b> <i>Matrit.</i>; <b>Cv.</b> <i>Matrit. Nobilium</i>;</td><td></td></tr> <tr><td><b>C.</b> <i>Complutense</i>, <b>C.</b> et <b>Dpb.</b> <i>Hispal.</i>;</td><td></td></tr> <tr><td><b>C.</b> <i>Loyolæum Montis Sion</i>;</td><td></td></tr> <tr><td><b>C.</b> <i>Manresanum</i>;</td><td></td></tr> <tr><td><b>R.</b> <i>Manresana</i>, <b>R.</b> <i>Barcinon.</i></td><td></td></tr> <tr><td><b>C.</b> <i>Valentinum inch.</i>;</td><td></td></tr> <tr><td><b>C.</b> <i>Valent. S. Pauli</i> et <b>Cv.</b> <i>Nobilium S. Ignatii.</i></td><td></td></tr> <tr><td>Sac. 96</td><td rowspan="3">} 350</td></tr> <tr><td>Schol. 140</td></tr> <tr><td>Coad. 114</td></tr> </table>	<b>Pr. Hispaniæ</b> ineunte anno 1835.		<b>C.</b> <i>Matriten. imperiale</i> ;		<b>Dpb.</b> <i>Matrit.</i> ; <b>Cv.</b> <i>Matrit. Nobilium</i> ;		<b>C.</b> <i>Complutense</i> , <b>C.</b> et <b>Dpb.</b> <i>Hispal.</i> ;		<b>C.</b> <i>Loyolæum Montis Sion</i> ;		<b>C.</b> <i>Manresanum</i> ;		<b>R.</b> <i>Manresana</i> , <b>R.</b> <i>Barcinon.</i>		<b>C.</b> <i>Valentinum inch.</i> ;		<b>C.</b> <i>Valent. S. Pauli</i> et <b>Cv.</b> <i>Nobilium S. Ignatii.</i>		Sac. 96	} 350	Schol. 140	Coad. 114	<p>1837 archidux Maximilianus de Este fundat <b>C.</b> <i>Linciense</i>.</p> <p>1837 Opus <b>Bollandistarum</b> continuandum reassumitur.</p> <p>1838 <b>Pr.</b> <i>Austriaco-Galiciana</i> cum</p> <table data-bbox="378 1440 574 1542"> <tr><td>Sac. 112</td><td rowspan="3">} 255</td></tr> <tr><td>Schol. 67</td></tr> <tr><td>Coad. 76</td></tr> </table>	Sac. 112	} 255	Schol. 67	Coad. 76	<p>1838—48 Missiones magnæ commoventes ad pœnitentiam in <i>Galicia</i>.</p>	<p>1837 <b>M.</b> <i>Madurensis</i> (<b>Pr.</b> <i>Lugd.</i>, a 1852 <b>Pr.</b> <i>Tolos.</i>).</p> <p>1838 <b>Pet. De Smet</b> cum Felice Verreydt et Coadjutore apud <i>Potawatamios</i>.</p>
<b>Pr. Hispaniæ</b> ineunte anno 1835.																													
<b>C.</b> <i>Matriten. imperiale</i> ;																													
<b>Dpb.</b> <i>Matrit.</i> ; <b>Cv.</b> <i>Matrit. Nobilium</i> ;																													
<b>C.</b> <i>Complutense</i> , <b>C.</b> et <b>Dpb.</b> <i>Hispal.</i> ;																													
<b>C.</b> <i>Loyolæum Montis Sion</i> ;																													
<b>C.</b> <i>Manresanum</i> ;																													
<b>R.</b> <i>Manresana</i> , <b>R.</b> <i>Barcinon.</i>																													
<b>C.</b> <i>Valentinum inch.</i> ;																													
<b>C.</b> <i>Valent. S. Pauli</i> et <b>Cv.</b> <i>Nobilium S. Ignatii.</i>																													
Sac. 96	} 350																												
Schol. 140																													
Coad. 114																													
Sac. 112	} 255																												
Schol. 67																													
Coad. 76																													
<p>1838 <i>Theresianum</i> (<b>Cv.</b> <i>Nobilium</i>) et <i>gymnasium Cœnipontanum</i> committitur Societati.</p> <p>1844 Societas vocatur <i>Lucernam</i>.</p>			<p>1839 <b>Pr.</b> <i>Sicula</i> suscipit <b>M.</b> in insulis <i>Teno</i> et <i>Syro</i>.</p> <p>1840 <b>M.</b> in <i>Africa</i> (<i>Algeria</i>).</p> <p>1840 <b>Petrus de Smet</b> apud <i>Indios Montium Saxosorum</i>, qui jam 1836 „vestes nigras“ petierant.</p>																										

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia																																								
1844 Sacerdotes apostatæ Jo. Ronge et Jo. Czerski originem dant sectæ „Catholicorum germanicorum“.	Indulgentiæ conceduntur 1839—1843 pro missionibus, 10 Dominicis S. Ignatii, sodalitatibus.	<p>Anno 1844 ineunte Societas numerabat:</p> <table border="0"> <tr><td>Assistentias</td><td>4</td><td rowspan="10">} 233</td></tr> <tr><td>Provincias</td><td>12</td></tr> <tr><td>Vice-Provincias</td><td>2</td></tr> <tr><td>Domus profess.</td><td>3</td></tr> <tr><td>Collegia nostrorum</td><td>9</td></tr> <tr><td>Collegia extern.</td><td>44</td></tr> <tr><td>Coll. cum convict.</td><td>35</td></tr> <tr><td>Convictus separat.</td><td>14</td></tr> <tr><td>Domus probat.</td><td>24</td></tr> <tr><td>Residentias</td><td>65</td></tr> <tr><td>Missiones</td><td>37</td></tr> <tr><td>Dom. exercitiorum</td><td>2</td></tr> <tr><td colspan="2"> </td><td> </td></tr> <tr><td>Sacerdotes</td><td>1658</td><td> </td></tr> <tr><td>Scholasticos</td><td>1273</td><td> </td></tr> <tr><td>Coadjutores</td><td>1205</td><td> </td></tr> <tr><td>Universos</td><td>4136</td><td> </td></tr> </table>	Assistentias	4	} 233	Provincias	12	Vice-Provincias	2	Domus profess.	3	Collegia nostrorum	9	Collegia extern.	44	Coll. cum convict.	35	Convictus separat.	14	Domus probat.	24	Residentias	65	Missiones	37	Dom. exercitiorum	2				Sacerdotes	1658		Scholasticos	1273		Coadjutores	1205		Universos	4136		1845 nova tempestas in <i>Gallia</i> : Thiers in comitiis loquitur contra Jesuitas, qui tamen foras defenduntur a juris peritis. Et jam 1844 <i>Xaverius Lacroix de Ravignan</i> S. J. 4 editionibus libri sui: De l'existence et de l'Institut des Jésuites (versi in saltem 6 alias linguas) præjudicia et calumnias contra S. J. nullius esse valoris ostenderit. Post actionem vero Romanam <i>Rossi</i> , etiam Generalis prudenter concessit quædam postulata.
Assistentias	4	} 233																																									
Provincias	12																																										
Vice-Provincias	2																																										
Domus profess.	3																																										
Collegia nostrorum	9																																										
Collegia extern.	44																																										
Coll. cum convict.	35																																										
Convictus separat.	14																																										
Domus probat.	24																																										
Residentias	65																																										
Missiones	37																																										
Dom. exercitiorum	2																																										
Sacerdotes	1658																																										
Scholasticos	1273																																										
Coadjutores	1205																																										
Universos	4136																																										
<i>Ontologismus</i> Vincentii Gioberti († 1852) hoc tempore in scholas varias inductus postmodum refutatur a Jesuitis (Liberatore, Kleutgen etc.).	1846—1878 Pius IX.	1845. 29. Jan. <i>Epistola</i> : De Societatis progressu et periculis.	1846 <i>Pr. Veneta</i> separatur a Romana.																																								
1847 Novembri. Fœderati catholici pagi Helvetiæ (Sonderbund) bello a protestantibus vincuntur.	1848. 24. Nov. Pius IX. fugit Gaetam.	1845. 21. Sept. <i>Ep.</i> : De præsentis calamitate.	1848 Dispersio Jesuitarum ex <i>Italia</i> , ex quibus multi in aliis Europæ et Americæ Provinciis fraterne excepti utiliter navarunt operam.																																								
		1847. 1. Jan. <i>Ep.</i> : De temporum nostrorum acerbitate et studio perfectionis.	In <i>Gallia</i> minor persecutio.																																								

Hispania, Lusitania	Germania, Belgium	Anglia, Polonia	Missionses exterae
<p>Ex tota Hispania pulsa est S. J. decreto reginae d. 4. Jul. 1835; solum <b>C. Loyolanum</b> usque ad 1841 floruit, ubi ineunte anno 1840 operam suam navarunt  PP. 10, Schol. 3, Coad. 10.  Reliqui Socii aut erant dispersi per varias Hispaniae dioceses, aut in aliis <b>Pr.</b>, praesertim Scholastici studiorum causa, degebant. Auditores rhetoricae et tyrones habitabant in <b>R. Nivellensi</b> in Belgio; alii Missioni <i>Bonaerensi</i> adscripti erant, ubi existebant <b>CC.</b> Bonaeren., <b>Dpb.</b> ad Regin. Martyr., <b>R.</b> Cordubensis.  Numerus totalis Sociorum 1840  Sac. 132 }  Schol. 74 } 313  Coad. 107 }</p>	<p>1846 <b>Pr. Austriaca.</b>  Sac. 52 }  Schol. 53 } 153  Coad. 48 }</p> <p>Præposito Provinciali Jacobo Pierling. Numerabat <b>C.</b> Linciense, Cœnipontanum;  2 <b>Cv.</b> Cœniponti;  <b>Dpb.</b> Græcensem.</p> <p>1847 Ex Helvetia lege iniqua pelluntur et abeunt in Italiam, Americam, Galliam, Belgium, Germaniam socii 274, inter quos erant Sac. 108, Schol. 96, Coad. 70.</p> <p>1849 Statio Osterfeldiana in Guestfalia.  Ab a. 1849 multae et celebres fiunt missiones in <i>Germania</i>: 1<sup>a</sup> ab Henrico Behrens in Guestfaliae oppido Hopsten.</p> <p>1849 <b>V. Pr. Neerlandica</b> cum 2 <b>CC.</b>, 6 <b>St.</b>, 95 Sociis, quorum Sac. 43, Schol. 37, Coad. 15</p> <p>1850. 19. Maj. <b>Pr. Neerlandica.</b></p> <p>1852 Cœpti sunt edi a <b>Pr.</b> Belgica libelli periodici „Précis historiques“.  — <b>Institutum Antverpiense</b>, hodie notissimum.</p>	<p>1844 fit <b>V. Pr. Galiciana</b> et eadem</p> <p>1846 <b>Pr.</b> cum  Sac. 76 }  Schol. 53 } 183  Coad. 54 }</p> <p>in <b>C.</b> Neo-Sandecensi, Tarnopolitan.;  <b>Cv.</b> Leopoltan.;  <b>Dpb.</b> Staravisien.;  <b>D.</b> Lancuten.;  <b>M.</b> 4.</p> <p>1848 dispersio sociorum in <i>Austria</i> et <i>Galiciana</i> ob decretum Imperatoris d. 7. Maji. Missiones in Borussia et in ducatu <i>Posnaniensi</i>.</p>	<p>1841 <b>M. Sinensis</b> (<b>Pr.</b> Franc.) in Prov. Nankinensi.</p> <p>1843 <b>M.</b> in <i>Syria</i> <b>Pr.</b> Lugdunensi adjuncta.</p> <p>1844 Jesuitae, jam 1842 in <i>Columbiam</i> vocati, <b>M.</b> 1<sup>a</sup> vice inceperunt; at pulsi sunt 1850.</p> <p>1844 <b>M.</b> in insulis <i>Bourbon</i> et <i>Madagascar</i> (<b>Pr.</b> Lugd.).</p> <p>1844 Fundatur <b>C.</b> <i>Negapatamense</i> in <i>Maduré</i>.</p> <p>1845 <b>M.</b> hispanorum in Amer. merid. a P. Roothaan dividitur in <i>Chilensem</i> et <i>Argentinensem</i>.</p> <p>1847 <b>M. Neo-Aurelianensis</b> in America <b>Pr.</b> Lugd. adjungitur. Ibi dem sæpienter cholera anno 1848, et sæpius febris flava („febbre gialla“) 1848—78, plures e Sociis magno animo ægrotis opem tulerunt; nonnulli occubuerunt victimæ charitatis.</p>
430	431	432	433

Historia contemporanea	Summi Pontifices, Litteræ Apostolicæ	Præpositi et Congregationes Generales	Italia, Gallia																																			
Exstiterat Missio Hollandica ab a. 1592—1849<sup>2)</sup>, cum primum 6. Jan. 1849 ut V. Pr., dein 19. Maj. 1850 ut Pr. a Belgica separata fuit.

Antonius van der Leeuw . . . . . 6. Jan. 1849 Andreas Consen . . . . . 3. Jun. 1850 Ludovicus van Gulick . . . . . 16. Apr. 1854 Augustinus Henriet . . . . . 3. Oct. 1859 Lud. van Gulick . . . . . 9. Jan. 1866 Petrus Jacobs . . . . . 30. Oct. 1874 Gosuinus van Heyst . . . . . 14. Jul. 1881	Fridericus Heynen . . . . . 24. Sept. 1884 Henricus van den Boogaard . . . . . 12. Nov. 1890 Petrus Duffels . . . . . 22. Feb. 1897 Gerardus Swart . . . . . 28. Oct. 1902 Isidorus Vogels . . . . . 26. Oct. 1908 Rudolphus van Openraaij . . . . . 8. Aug. 1914 . . . . . . . . . .
--	--

### S. Pr. Poloniae.<sup>3)</sup>

Balthasar Hostownsky, V. Pr. . . . . 1564 . . . . . 1576 fit Provincia ab	Franciscus Sunnijer, V. Pr. . . . . 1566 Austria independens. Garcias Alabiani . . . . . 16. Mart. 1599 Hieronymus Dandini . . . . . 4. Nov. 1599 Decius Striveri . . . . . 1603—1608 . . . . . 1608 separatur Pr. Lithuaniae; v. infra. Henricus Pichert . . . . . 1625 Gaspar Druzicki . . . . . Sept. 1629 Martinus Hincza . . . . . 1633 Andreas Dobrodziejski (Gutteter) . . . . . 1636
--	--

<sup>1)</sup> Cf. A. Poncelet: „La Comp. de Jésus en Belgique: 3. Dec. 1832—3. Dec. 1907“ p. 44.

<sup>2)</sup> Vide Cat. Neerland. 1875 p. 47; 1876, Append. et 1912 (App. 2. 3.) — <sup>3)</sup> *Zalenski*: Jezuići w Polsce. Tom. III. Czesc. II. pp.1180—1186.

Assistentiæ Germaniæ

Premislaus Rudnicki . . . . .	1639	Ignatius Diertins, Vis. et V. Pr. . . . .	1689—1691
Fabricius Banfi, Vis. et Pr. . . . .	1643	Jo. Hermanni . . . . .	1691
Thomas Smaga . . . . .	1646	Stanislaus Bieczynski . . . . .	1692
Stanislaus Szczytnicki . . . . .	22. Aug. 1647	Valentinus Queeck . . . . .	6. Dec. 1695
Andr. Dobrodziejski (Gutteter) . . . . .	Dec. 1649	Tobias Jastowski . . . . .	15. Aug. 1700
Gaspar Druzbiicki . . . . .	22. Aug. 1650	Stanislaus Wdziemborski . . . . .	1702
Stanislaus Jerzykowicz, Vis. . . . .	22. Aug. 1653	Adrianus Miaskowski . . . . .	5. Aug. 1708
Mathias Tomaszewski, V. Pr. . . . .	1656—1658	Raphael Taczanowski . . . . .	8. Maj. 1712
Martin. Olszewski, Vis. et V. Pr. . . . .	1658—9. Feb. 1661	Reinholdus Gert, Vis. et V. Pr. . . . .	8. Maj. 1715
Idem Pr. . . . .	9. Feb. 1662	Stephanus Szczaniecki . . . . .	1720
Petrus Papiieski . . . . .	1665	Martin Trabezynski . . . . .	1723
Petrus Paczanowski <sup>1)</sup> . . . . .	10. Jul. 1666	Joannes Juskiwicz . . . . .	1727
Martinus Hineza . . . . .	1667	Mart. Nic. Dziewanowski . . . . .	1730
Alexander Lorencowicz . . . . .	23. Oct. 1668	Wladislaus Zoltowski . . . . .	1734
Hyacinthus Koczowski . . . . .	10. Oct. 1671	Thomas Lichtanski . . . . .	1740
Stanisl. Branicki . . . . .	5. Dec. 1674	Thomas Dunin . . . . .	28. Oct. 1743
Bartholom. Wasowski . . . . .	6. Aug. 1678	Josephus Domaradzki . . . . .	7. Mart. 1747
Stan. Branicki . . . . .	1681	Stanislaus Popiel . . . . .	1749
Joannes Hermanni . . . . .	30. Oct. 1684	Thomas Baczynski . . . . .	28. Oct. 1753—17. Oct. 1756

9. Pr. Lithuaniae 1608 a Polonia separata.

Paulus Boksza . . . . .	1608	Joannes Blaszkowski . . . . .	3. Sept. 1676
Jo. Argenti, Vis. . . . .	Jan. 1614	Michael Mazowecki . . . . .	3. Sept. 1679
Simon Niklewicz . . . . .	1615	Joannes Berent . . . . .	21. Mart. 1683
Augustinus Vivaldus . . . . .	1618	Gregorius Schill . . . . .	21. Mart. 1686
Michael Ortiz . . . . .	1624	Paulus Bochen (Bokum) . . . . .	21. Aug. 1689
Joannes Jamiolkowski . . . . .	1627	Ignat. Diertins, Vis. 1691—1694; Pr. . . . .	26. Aug. 1692
Pamfilius Lambertengo, Vis. . . . .	1630	Franciscus Kucewicz . . . . .	8. Sept. 1694
Nicolaus Leczycki . . . . .	1631	Jacobus Hladowicki . . . . .	5. Feb. 1698
Laurentius Bartylusz . . . . .	1635	Tobias Arent . . . . .	12. Apr. 1701
Jacobus Lachowski . . . . .	1635	Joannes Bielski . . . . .	29. Mart. 1705
Joannes Jamiolkowski . . . . .	1639	Christophorus Losiewski . . . . .	7. Feb. 1709
Fabricius Banfi, Vis. . . . .	1641—1643	Josephus Rymgajlo . . . . .	23. Feb. 1712
Joannes Gruzewski . . . . .	1645	Christophorus Limont, V. Pr. . . . .	18. Apr.—22. Aug. 1713
Melchior Schmeling . . . . .	1646	Mathias Karski . . . . .	22. Aug. 1713
Simon Blonski . . . . .	Jul. 1648 † 30. Nov. 1648	Antonius Szyrma . . . . .	28. Oct. 1716
Andreas Klinger . . . . .	1648	Alexander Sawicki . . . . .	2. Dec. 1719
Joannes Rywocki . . . . .	1650	Wladislaus Danksza . . . . .	8. Sept. 1723
Jacobus Ugocki . . . . .	1653	Adalbertus Bohuszewicz . . . . .	5. Oct. 1727
Adalbertus Cieciszewski . . . . .	1655	Georgius Barszez . . . . .	25. Jun. 1731
Joannes Wyszkiwicz, V. Pr. . . . .	1656—1658	Wladislaus Dauksza . . . . .	29. Maj. 1735
Georgius Schoenhoff . . . . .	1658	Carolus Bartolt . . . . .	18. Sept. 1738
Joannes Rywocki . . . . .	29. Jan. 1662	Josephus Sakowski . . . . .	24. Sept. 1741
Jac. Ugocki . . . . .	29. Jan. 1665	Franciscus Truchnowicz . . . . .	24. Jan. 1745
Adalbertus Cieciszewski . . . . .	6. Maj. 1668	Casimirus Brzozowski . . . . .	9. Mart. 1749
Ladislaus Rudzinski . . . . .	3. Sept. 1670	Joannes Porzecki . . . . .	30. Nov. 1751—26. Jul. 1757
Andreas Wollowicz . . . . .	3. Sept. 1673		

Vide Assistent. Poloniae infra post Prov. Angliæ col. 579.

10. Pr. Angliæ, Missio 1580; V. Pr. 1619; Pr. 1623.

Richardus Blondus (Blount), V. Pr. . . . .	1619	Odoardus Courtenæus (Leodes) . . . . .	15. Jul. 1660
Idem Pr. . . . .	1623	Joannes Clareus . . . . .	14. Jan. 1664
Henricus Morus . . . . .	1636	Josephus Simonis . . . . .	14. Nov. 1667
Odoardus Knottus (Nic. Smith) . . . . .	1641	Georgius Graius . . . . .	22. Maj. 1671
Henricus Silisdonius . . . . .	19. Oct. 1646	Richardus Strangius . . . . .	7. Sept. 1674
Franciscus Forsterus . . . . .	11. Maj. 1650	Thomas Harcottus (Whitebredus) . . . . .	1677
Odoardus Knottus . . . . .	22. Mart. 1653	Joannes Warnerus . . . . .	26. Oct. 1679
Richardus Bartonus . . . . .	15. Apr. 1656	Joannes Keynes . . . . .	1. Jul. 1683

<sup>1</sup> † 1667.

## Provinciales Assistentiæ Poloniæ

Jo. Clare, V. Pr. 1689; Prov. . . . . 1691 Gulielmus Momfordus . . . . . 16. Feb. 1694 Henricus Humberston (Hall) . . . . . 19. Dec. 1697 Jacobus Blake . . . . . 3. Apr. 1701 Petrus Hammertou . . . . . 10. Oct. 1704 Ludov. Sabran, Vis. et V. Pr. . . . . Jan. 1709 Thomas Parker . . . . . 11. Maj. 1712 Richardus Plowden . . . . . 6. Jul. 1716 Joannes Edesford . . . . . 30. Oct. 1719 Robertus Beeston . . . . . 18. Feb. 1721 Joannes Turberville . . . . . 31. Maj. 1725 . . . . .	Levinus Browne . . . . . 1. Oct. 1733 Henricus Boulton . . . . . 20. Jul. 1737 Carolus Shireburn . . . . . 23. Oct. 1740 Henricus Sheldon . . . . . 18. Nov. 1744 . . . . . Philippus Carteret . . . . . 3. Oct. 1751 Carolus Roels, V. Pr. . . . . Henricus Corbie . . . . . 17. Jul. 1756 . . . . . Nathan. Elliot . . . . . saltem 1767 Thomas Morus . . . . . 1770
---	--

Pr. Angliæ a restituta Societate: sub Assist. Angliæ.

### Assistentia Poloniæ<sup>1)</sup>

decr. 10. Congr. gen. 18æ, instituta mense Decembri 1755.

#### 1. Pr. Majoris Poloniæ.

Franciscus Kozminski . . . . . 17. Oct. 1756 Paulus Loka . . . . . 20. Nov. 1761 Andreas Rudzki . . . . . 15. Jul. 1765	Adam Chrzanowski . . . . . 2. Jul. 1766 Michael Orłowski . . . . . 5. Mart. 1771—9. Nov. 1773
---	--

#### 2. Pr. Minoris Poloniæ.

Ignatius Moszynski . . . . . 20. Oct. 1756 Andreas Dabrowski . . . . . 28. Oct. 1759 Lucas Lasocki . . . . . 5. Feb. 1764	Adalbertus Bystrzonowski . . . . . 4. Mart. 1767 Jacobus Konarski . . . . . 1. Maj. 1770—9. Nov. 1773
---	--

#### 3. Pr. Lithuaniae.

Josephus Obrapalski . . . . . 26. Jul. 1757 Casimirus Przewozewski . . . . . 19. Dec. 1759 Stanislaus Zaba . . . . . 20. Feb. 1763	Antonius Skorulski . . . . . 23. Mart. 1766 Thomas Karwacki . . . . . 4. Nov. 1772—9. Nov. 1773
--	--

#### 4. Pr. Masoviae.

Carolus Koryecki, V. Pr. Jun. 1758; Pr. 13. Jul. 1759 Martin Kurzeniecki . . . . . 3. Aug. 1763 Michael Koryecki . . . . . 6. Sept. 1766	Simon Paszkowicz . . . . . 17. Sept. 1770 Casimirus Sobolewski, V. Pr. . . . . 1772—9. Nov. 1773
--	---

#### Pr. Albæ Russiæ.

Prima partitione Poloniæ 1772 facta 4 Collegia, 2 Residentiæ, 6 Missiones exstabant in ditone Russa, cui dominabatur Catharina II. Hæc domicilia cum sacerdotibus 97, scholaribus 49, coadjutoribus 55, i. e. sociis 201 constituebant Provinciam Albæ Russiæ, ubi Societas a gubernio fovebatur, ab Ecclesia non proscripta, sed implicite saltem approbata.

Stanislaus Czerniewicz <sup>2)</sup> . . . . . 1. Aug. 1773 Franciscus Kareu . . . . . 18. Oct. 1782 Franciscus Lubowicki . . . . . 22. Feb. 1786 Hieronymus Wichert . . . . . 22. Feb. 1789 Petrus Estka . . . . . 8. Sept. 1799	Antonius Lustyg . . . . . 26. Jan. 1802 Casimirus Ostrowski . . . . . 15. Sept. 1805 Aloysius Landes . . . . . 1. Aug. 1809 Vincentius Tywankiewicz . . . . . 1. Aug. 1814 Stanisl. Swietochowski . . . . . 1. Aug. 1817
---	--

Expulsis 13. Mart. 1820 sociis ex Imperio Russo fit (a restaurata Societate) **Pr. Galiciana** in territorio Austriæ subjecto.

Stanisl. Swietochowski . . . . . 1820 Aloysius Loeffler . . . . . 13. Sept. 1828	Jacobus Pierling . . . . . 10. Oct. 1831
---	--

#### dein 1838 Pr. Austriaco-Galiciana

Raphael Markianowicz . . . . . 6. Jan. 1838 Jacobus Pierling . . . . . 19. Nov. 1843	Nicolaus Baworowski, V. Pr. pro Galicia . . . . . 28. Dec. 1844
---	---

<sup>1)</sup> In restituta Societate *Assistentia Poloniæ* includebat *Germaniam* et *Angliam* ab a. 1820 (resp. 1803) usque ad 1829; Congr. autem XXI. 1829 definitive sancivit denominationem Assistentiæ *Germaniæ* loco „Poloniæ“.

<sup>2)</sup> Ex Cat. Galic. 1873, p. 42.

Provinciales Assistentiæ Angliæ.

denique 1846 Pr. Galiciæ, separata ab Austria

Nic. Baworowski . . . . .	21. Jun. 1846	Antonius Langer . . . . .	12. Aug. 1899
Josephus Brown . . . . .	10. Oct. 1854	Wlodomirus Ledóchowski, V. Pr. . . . .	25. Mart. 1901
Gaspar Szczepkowski . . . . .	3. Maj. 1866	Idem Pr. . . . .	21. Feb. 1902
Franciscus Kautny . . . . .	6. Jul. 1871	Adalbertus M. Baudiss . . . . .	28. Oct. 1906
Michael Mycielski . . . . .	11. Nov. 1877	Wlodomirus Piatkiewicz, V. Pr. . . . .	15. Jul. 1908
Henricus Tackowski . . . . .	16. Jun. 1881	Idem Pr. . . . .	23. Aug. 1909
Mich. Mycielski . . . . .	31. Jul. 1887	Petrus Bapst . . . . .	6. Oct. 1912
Gasp. Szczepkowski . . . . .	23. Jul. 1893	.....	.....
Joannes Badení . . . . .	4. Apr. 1897	.....	.....

In restaurata Societate sunt

**Assistentiæ quinque**

**I. Italiæ, II. Germaniæ, III. Galliæ, IV. Hispaniæ:** hæ 4<sup>1)</sup> erectæ anno 1820; et

**V. Angliæ (erecta 1853).**

**1. Pr. Angliæ.**

Marmadux Stone <sup>2)</sup> . . . . .	27. Maj. 1803	Robertus Whitty . . . . .	19. Maj. 1870
Carolus Plowden . . . . .	8. Sept. 1817	Petrus Gallwey . . . . .	9. Jul. 1873
Nicolaus Sewall . . . . .	1821? 1822?	Jacobus Jones . . . . .	1. Sept. 1876
Carolus Brooke . . . . .	15. Feb. 1826	Eduardus Purbrick . . . . .	30. Mart. 1880
Richardus Norris . . . . .	28. Maj. 1832	Joannes Clayton . . . . .	15. Aug. 1888
Joannes Bird . . . . .	25. Jun. 1838	Franciscus Scoles . . . . .	8. Sept. 1894
Ranulphus Lythgoe . . . . .	14. Sept. 1841	Joannes Gerard . . . . .	8. Sept. 1897
Gulielmus Cobb . . . . .	1. Jan. 1848	Reginaldus Colley . . . . .	1. Jan. 1901
Joannes Etheridge . . . . .	6. Jan. 1851	Ricardus Sykes . . . . .	24. Maj. 1904
Josephus Johnsen . . . . .	24. Sept. 1853	Josephus Browne . . . . .	17. Nov. 1910
Thomas Seed . . . . .	2. Jan. 1860	.....	.....
Alfredus Weld . . . . .	8. Sept. 1864	.....	.....

**2. Pr. Californiæ.**

Primum Missio adjuncta Provinciæ Taurinensi; ab anno 1909 31. Jul. Provincia.

Hermanus J. Goller <sup>3)</sup> . . . . .	31. Jul. 1909	Richardus Gleeson . . . . .	12. Mart. 1914
Jacobus A. Rockliff . . . . .	18. Nov. 1910	.....	.....

**3. Pr. Canadensis<sup>4)</sup>**

ut Missio cum M. Neo-Eboracensi 1842—1863 a Pr. Franciæ, 1863—1869 a Pr. Campaniæ dependebat; 1869—1879 ambæ seorsum exstiterunt; donec 7. Aug. 1879 Missio Neo-Eboracensis cum Pr. Marylandiæ conjuncta constituit primum Pr. Neo-Eboracensem, dein 1880 Pr. Marylandiam-Eboracensem. Missio vero Canadensis 7. Aug. 1879 Pr. Angliæ addicta et 1888 independens facta. Creatur denique Provincia 15. Aug. 1907.

*Præpositi Provinciales:*

1. Eduardus Lecompte . . . . .	15. Aug. 1907	2. Josephus Carrière . . . . .	31. Mart. 1912
--------------------------------	---------------	--------------------------------	----------------

**4. Pr. Hiberniæ<sup>5)</sup>**

(ab a. 1542 usque ad 1830 Missio inclusa in Pr. Angliæ) mense Majo 1830 V. Pr. et 8. Dec. 1860 Provincia.

*Vice-Provinciales:*

Robertus St. Leger . . . . .	1830	Joannes Curtis . . . . .	1850
Petrus Kenny . . . . .	1834	Joannes Ffrench . . . . .	1856
Patricius Bracken . . . . .	1836	Josephus Lentaigue . . . . .	1858
Robertus St. Leger . . . . .	1841	.....	.....

<sup>1)</sup> Provincialium nomina inveniuntur post singulas series antiquarum Provinciarum; etiam Angliæ (Assist. Germ.) a col. 577.

<sup>2)</sup> Nominatus a Gabriele Gruber, Generali in Alba Russia. <sup>3)</sup> † 5. Nov. 1910.

<sup>4)</sup> In Cat. Canad. 1908, pp. 67—70 exstant: 1. Memorabilia Missionis Canadensis 1611—1907; 2. Series Superiorum Missionis 1611 usque ad 1907; 3. Series Visitorum 1845—87; 4. Prospectus Incrementi Missionis 1842—1907.

<sup>5)</sup> Ex Cat. Hib. 1897, pp. 42 sq., ubi recensentur etiam Superiores Missionis.

Provinciales Assistentiæ Angliæ

*Provinciales*

Josephus Lentaigue . . . . .	8. Dec. 1860	Patritius Keating . . . . .	3. Dec. 1894
Edmundus O'Reilly . . . . .	8. Dec. 1863	Jacobus Murphy . . . . .	13. Nov. 1900
Nicolaus Walsh . . . . .	20. Apr. 1870	Joannes Conmee . . . . .	2. Aug. 1905
Aloysius Sturzo . . . . .	18. Mart. 1877	Gulielmus Delany . . . . .	5. Aug. 1909
Jacobus Tuite . . . . .	31. Jul. 1880	Thomas V. Nolan . . . . .	22. Oct. 1912
Thomas Brown . . . . .	7. Maj. 1883	.....	.....
Timotheus Kenny . . . . .	3. Feb. 1888	.....	.....

**5. Pr. Marylandia Neo Eboracensis.<sup>1)</sup>**

Missio Marylandiæ coepta 1633, evecta est 1831 in *Prov. Marylandiæ*, quæ, 7. Aug. 1879 aggregata Missione Neo-Eboracensi nuncupata fuit *Prov. Neo-Eboracensis*. Die vero 19. Aug. 1880 assumpsit nomen **Prov. Marylandiæ Neo-Eboracensis**.

*Præpositi Provinciales*

Gulielmus Mc. Sherry . . . . .	5. Feb. 1833	Robertus W. Brady . . . . .	8. Maj. 1877
Thomas F. Mulledy . . . . .	10. Oct. 1837	Robertus Fulton . . . . .	28. Maj. 1882
Franciscus Dzierozynski . . . . .	12. Mart. 1840	Idem Vis. Prov. Hiberniæ . . . . .	5. Dec. 1886
Jacobus Ryder . . . . .	14. Sept. 1843	Petrus O. Racicot, V. Pr. . . . .	3. Sept. 1887
Petrus Verhaegen . . . . .	4. Jun. 1845	Thomas J. Campbell . . . . .	21. Maj. 1888
Ignatius Brocard . . . . .	26. Jun. 1848	Gulielmus Pardow . . . . .	16. Nov. 1893
Carolus H. Stonestreet . . . . .	15. Aug. 1852	Eduardus J. Purbrick . . . . .	14. Mart. 1897
Burchardus Villiger . . . . .	25. Apr. 1858	Thomas J. Gannon . . . . .	8. Jan. 1901
Felix Soprani, Vis. totius Americæ septentrionalis	28. Nov. 1859	Josephus F. Hanselman . . . . .	25. Mart. 1906
Angelus M. Paresce . . . . .	19. Apr. 1861	Antonius Maas . . . . .	4. Oct. 1912
Josephus E. Keller . . . . .	15. Aug. 1869	.....	.....

**6. Pr. Missouriana.**

Missio a die 26. Mart. 1836, annexa Prov. Belgicæ, Superiore Petro Verhaegen; fit Vice-Provincia 9. Mart. 1840 et Prov. 3. Dec. 1863.

Petrus Verhaegen, V. Pr. . . . .	9. Mart. 1840	Rudolphus J. Meyer . . . . .	12. Nov. 1885
Jacobus Van de Velde, V. Pr. . . . .	22. Sept. 1843	Joannes P. Frieden . . . . .	27. Jan. 1889
Joannes Antonius Elet, V. Pr. . . . .	3. Jun. 1848	Thomas S. Fitzgerald . . . . .	23. Sept. 1894
Gulielmus S. Murphy, V. Pr. . . . .	15. Aug. 1851	Josephus Grimmelsman . . . . .	14. Feb. 1899
Joannes B. Druyts, V. Pr. . . . .	16. Jul. 1856	Henricus Moeller . . . . .	8. Dec. 1905
Gul. S. Murphy, V. Pr. . . . .	1861	Rudolphus J. Meyer <sup>2)</sup> . . . . .	1. Sept. 1907
Ferdinandus Coosemans, Pr. . . . .	16. Jul. 1862	Alexander Burrowes <sup>3)</sup> . . . . .	16. Jan. 1913
Thomas O'Neil . . . . .	31. Jul. 1871	.....	.....
Eduardus A. Higgins . . . . .	1. Jan. 1879	.....	.....
Leopoldus Bushart . . . . .	4. Maj. 1882	.....	.....

**7. Pr. Neo-Aurelianensis.**

Ut Missio ab a. 1847 pertinebat ad Pr. Lugdunensem. Fit Prov. 15. Aug. 1907.


Joannes F. O'Connor . . . . .	5. Aug. 1907	.....
Michael Moynihan . . . . .	5. Jun. 1911	.....

<sup>1)</sup> Ex Cat. Mar. Neo-Ebor. 1883, pp. 70—76, ubi invenies etiam Superiores Missionis Marylandiæ, et Rectores Collegiorum.  
<sup>2)</sup> † 2. Dec. 1912. — <sup>3)</sup> Constitutus 28. Dec. 1912.



## Nota:


Benevolus lector animadvertat, in fontibus et auctoribus inveniri diversas opiniones circa annos *natales* et *nomina* aliquot Provinciarum. Quæ probabiliora videbantur, in proximis conspectibus sunt posita.




# Appen-

## 1. Natales Provinciarum


### I. Assistentia




### II. Assistentia




### III. Assistentia



### IV. Assistentia Germaniæ 1558



### VI. Assistentia Poloniæ 1756.



# dix II.

## Antiquæ Societatis.

### Italiæ 1558.

Pr. Neapolitana 1558

Pr. Insubriæ seu cisalpina vel Longobardiæ 1559.




### Lusitaniæ 1558.

Pr. Brasiliensis 1552 et V. Pr. Maragnonium 1615 (a Bras. dependens)

Pr. Brasiliensis 1727 V. Pr. Maragnonium (sui juris)

### Hispaniæ 1558.




### complectens Galliam usque ad 1608.

Anglia missio 1580, V. Pr. 1619, Pr. 1623

(Belg. seu Germ. Inf.)

Pr. Flandro-Belg. 1612 Pr. Gallo-Belg.




## 2. Natales Provinciarum, V. Provinciarum, et


### I. Assistentia Italiæ (1820).



### III. Assistentia Galliæ (1820).



### V. Assistentia



<sup>1)</sup> Angliæ, Hiberniæ, America antea continebantur in Assistentia Poloniæ, dein Germaniæ.

# Missionum independentium Restitutæ Societatis.

## II. Assistentia Germaniæ (prius 1820—1829 Poloniæ).<sup>1)</sup>

M. Helvetiæ 1810	Pr. Albæ Russiæ confirmata 1801
V. Pr. Helvetiæ 1821	„Societas Jesu in Imperio Russiaco 1803“
Pr. Germaniæ Sup. 1826	Pr. Galiciæ 1820
	Pr. Galiciæ-Austriacæ 1830
Pr. Belgica 1832 Pr. Germ. Sup.	Pr. Austriaco-Galiciana 1838
Pr. Germ. Sup. et Inf. 1852	Pr. Austriaca 1846. V. Pr. Galiciana 1844
Pr. Germaniæ 1853	Pr. Austriaco-Hungarica 1871. Pr. Galiciana 1846
V. Pr. Neerlandiæ 1849 Pr. Belgica	
Pr. Neerlandica 1850	Pr. Austriæ 1909 Pr. Hungariæ.

## IV. Assistentia Hispaniæ (1820).

Pr. Hispaniæ 1815	Pr. Mexicana 1816 Veri nominis Pr. 1907
Pr. Aragoniæ 1863 Pr. Castellana	
Pr. Castellana 1880 Pr. Toletana 1880 Pr. Lusitaniæ 1880	

## Angliæ (erecta 1853).

M. Missouriiana 1831	M. Neo-Aurelianensis 1880
V. Pr. Missouri. 1840	Pr. Neo-Aurelianensis 1907
Pr. Missouriiana 1863	
M. Neo-Eboracensis et Canadensis 1869	
M. „ „ annexa Marylandiæ	
et dicta Pr. Neo-Eboracensis 1879 <sup>2)</sup>	
M. Canadensis annexa Angliæ 1879	
M. Canadensis sui juris 1887	
Pr. Canadensis 1907	Pr. Californiæ 1909 (fuerat M. dependens a Pr. Taurin.)

<sup>1)</sup> Assistentiæ Germaniæ denominatio *definitive* sancita est a Congr. XXI. 1829 decr. 4. <sup>2)</sup> Vide 588.

# Appen- Prospectus Societatis universæ

## 1. Domicilia in

Ass.	Pr.	Sac.	Schol.	Coad.	Univ.	C	CC	Clep	Cv	Dex	Dpb	
Italiæ	Romana . . . . .	187	105	96	388	5; U 1 <sup>1)</sup>	2			1	1; 3æ 1	
	Neapolitana . . . . .	148	117	88	353	1	1		1		Dex 1	
	Sicula . . . . .	106	60	67	233	1	2			1	1	
	Taurinensis . . . . .	155	64	48	267	2	2			1	1	
	Veneta . . . . .	223	59	101	383	2	1		Dex 1 <sup>2)</sup>	C 1	C 1	
<b>Ass. Italiæ</b> . . . . .		819	405	400	1624		12	8		2	4	6
Germaniæ	Austriæ . . . . .	314	118	182	614	4	Sem 1		1; Sem 1	R1; Dpb.2 <sup>3)</sup>	1	
	Belgica . . . . .	601	400	215	1216	8	6		Inst 1	3	Dex 2	
	Galiciana . . . . .	225	132	150	507	1	1			2	3æ 1; C 1	
	Germaniæ . . . . .	629	265	368	1262	1	2				3æ 1; Dex 2	
	Hungariæ . . . . .	85	51	70	206	3					1	
	Neerlandica . . . . .	293	133	133	559	3	2			2	1	
<b>Ass. Germaniæ</b> . . . . .		2147	1099	1118	4364		20	12		3	10	10
Galliæ	Campaniæ . . . . .	383	218	133	734	5				1	1	
	Franciæ . . . . .	505	153	170	828	9			1	R 1	1	
	Lugdunensis . . . . .	453	169	184	806	2				2	1	
	Tolosana . . . . .	413	171	135	719	2				C 1; R 1	1	
<b>Ass. Galliæ</b> . . . . .		1754	711	622	3087		18			1	6	4
Hispaniæ	Aragoniæ . . . . .	548	279	451	1278	3	4	1			C 1; 3æ 1	
	Castellana . . . . .	592	340	424	1356	2	4; R 1			C 1; Cpb 1	C 1	
	Lusitana . . . . .	171	79	111	361	1				R. 1	1	
	Mexicana . . . . .	146	107	84	337	2	3				1	
	Toletana . . . . .	284	111	201	596	1	3			C 1; CC 1	Cex 1	
<b>Ass. Hispaniæ</b> . . . . .		1741	916	1271	3928		9	15	1		5	6
Angliæ	Angliæ . . . . .	401	194	125	720	6	3			1	1	
	Californiæ . . . . .	164	142	98	404	3	2				1	
	Canadensis . . . . .	141	153	99	393	5	1			R 1	1; Dex 1	
	Hiberniæ . . . . .	199	118	50	367	4	2				1	
	Maryl. Neo-Eb. . . . .	374	371	150	895	9	3			R 1	1	
	Missouriana . . . . .	394	286	179	859	8	2			D3pb 1	1	
	Neo-Aurelian. . . . .	128	86	39	253	6	2				1	
<b>Ass. Angliæ</b> . . . . .		1801	1350	740	3891		41	15			4	8
<b>In tota Soc. Jesu</b>		8262	4481	4151	16894		100	50	1	6	29	34
		<b>Sac.</b>	<b>Schol.</b>	<b>Coad.</b>	<b>Univ.</b>		<b>C</b>	<b>CC</b>	<b>Clep</b>	<b>Cv</b>	<b>Dex</b>	<b>Dpb</b>

<sup>1)</sup> Quæ cum alio nomine columnis inscripta sunt domicilia, in Catalogis portant non solum nomen in summa columna notatum, sed etiam istud alterum (excepto 3æ [in col. Dpb.] quod significat D3pb); sic U 1 = 1 Universitas et Coll.

<sup>2)</sup> Dex 1 = 1 Cv. et Dex.

<sup>3)</sup> R 1; Dpb. 2 = 1 Dex et R; 2 Dex et Dpb. etc. — At in numeratione (additione) domiciliorum computatio facta est non nisi juxta nomen columnæ superscriptum.

# dix III.

ineunte anno 1914.

## Provinciis.

Dpr	Dscr	Dst	Dval	R	Sap	Sch	Sem	St	Abbreviationes et numerus domiciliorum.		
				5 3; Dex 1 5 6 5			1; CC 1 1; C 1 1 1			1. In 27 Provinciis:	2. In 41 Missionibus:
				25	1		6			Ass = Assistentia	
1				13 5; Dex 2 11 1 1; C 1 11	1		1; R 1  CC 1	3 9		C = Collegia (1 U.)	100 34
1				45	1		3	12		CC = Coll. et Convict.	50 22
	1			7; C 3 8; C 2 11; C 6 12	1 1 1	R 1 1	1	3		Cex = Coll. et Dex	
	1			49	3	2	1	3		Clep. = Colonia lepros.	1
1 1 1	CC1 R 1 Inst 1			6 8 1 14 10	1 1		C 1  1			Cpb = Coll. et Dpb.	1
3	3			39	2		2			Cv = Convictus	6
		Aula 1 *)	1	32; C 4 20 7 1; C 1 11 8 5				8		Dex = Dom. exercit.	29
		Dex 1				1; alta 1				Dpb = Dom. probat	29
		2	1	89				8		D3pb(3æ) = D. 3æ prob.	34 6
4	4	2	1	247	7	4	12	23		Dpr = D. profess.	4
Dpr	Dscr	Dst	Dval	R	Sap	Sch	Sem	St		Dscr = D. scriptor.	4
										Dst = D. studior.	2
										Dval = D. valetudin.	1
										Inst = Instituta	
										M = Missiones	
										Orph = Orphanotroph.	3
										Pr = Provinciæ	
										R = Residentiæ	247 143
										Sap = Scholæ apost.	7 2
										Sch = Scholæ aliæ	2 3
										Sem = Seminar.	12 14
										St. = Stationes	23 275
										U. = Universit.	1
										<b>D. in Pr.</b>	<b>522 in M. 503</b>
										Domicilia in Pr. et M.	1025

54 CC . . . C 180. In col. Dex afferuntur 29 Domus exercitorum; sed additis aliarum columnarum erunt 29 + 12 = 41 et ita porro. — Qui autem vult nosse D omnes et denominationes omnium D alicujus Pr. percurrat totam lineam ejusdem Pr. a sinistra ad dexteram, idemque faciat in proxima tabula, quando vult scire etiam D. Missionum.

\*) sc. B. Campiani.

## 2. Domicilia in

Ass.	Pr.	M.	Sac.	Schol.	Coad.	Univ.	U	C
Italicae	Romana	Brasilia centralis . . . . .	47	28	35	110		2
	Neapolitana	Novi Mexici et Colorado . . . . .	57	10	26	93		1
	Sicula	In insulis Ægæis . . . . .	8		8	16		
	Veneta	Albanensis . . . . .	23	2	17	42		Inst. 1
		Mangalorensis . . . . .	47	9	13	69		1
<b>Ass. Italicae . . . . .</b>			<b>182</b>	<b>49</b>	<b>99</b>	<b>330</b>		<b>5</b>
Germanicae	Belgica	Bengalæ occidentalis . . . . .	146	78	28	252		
		Gallensis . . . . .	19	6	4	29		1
	Galliciana	Kwangensis . . . . .	18	6	14	38		
		In Rhodesia . . . . .	5		7	12		
	Germanicae	Bombayensis . . . . .	89	13	22	124		3
		Brasiliensis . . . . .	114	14	66	194		2
Neerlandia	Danica, Suecica . . . . .	35	11	35	81		1	
	Indiarum orient. (Java-Flores, Celebes) . . . . .	63	6	9	78		1	
<b>Ass. Germanicae . . . . .</b>			<b>489</b>	<b>134</b>	<b>185</b>	<b>808</b>		<b>8</b>
Gallicae	Campanicae	Betsilensis . . . . .	38	1	12	51		
		Sinensis (Tché-li mer. or.) . . . . .	68		15	83		1
		Trincomaliensis . . . . .	15	2	3	20		1
	Francicae	Nankinensis . . . . .	143	15	32	190		
		Lugdunensis	In Syria . . . . .	95	8	57	160	1
	In Ægypto . . . . .		46	10	16	72		2
	In Armenia . . . . .		38	3	16	57		
Tolosana	Madagascar, Reun. Maurit. . . . .	63	7	19	89		1	
	Madurensis . . . . .	111	74	23	208		1	
<b>Ass. Gallicae . . . . .</b>			<b>617</b>	<b>120</b>	<b>193</b>	<b>930</b>	<b>1</b>	<b>7</b>
Hispanicae	Aragoniae	Philippina . . . . .	94	15	63	172		
		Chilo-Argentina . . . . .	170	28	132	330		1
	Castellana	Cubana (Antill.) . . . . .	48	15	39	102		R 2
		Columbiana . . . . .	109	40	61	210		
	Lusitana	Brasilia septentr. . . . .	60	5	42	107		1
		Goana . . . . .	18		7	25		
	Mexicana	Sinensis . . . . .	4	2	2	8		
		Tarahumarensis . . . . .	10		10	20		
	Toletana	Æquatoriana . . . . .	53		26	79		1
Peruviana . . . . .		52	2	30	84		1	
<b>Ass. Hispanicae . . . . .</b>			<b>618</b>	<b>107</b>	<b>412</b>	<b>1137</b>		<b>6</b>
Anglicae	Anglicae	Guianen. Brit. . . . .	22		1	23		1
		Zambesiana . . . . .	54		38	92		
	Californicae	In Montibus Saxosis . . . . .	23	1	23	47		
		Alaska austr. et borealis . . . . .	15	1	10	26		
	Canadensis	Missiones Indicae . . . . .	16	2	16	34		Industr. 1
	Hibernicae	Australiensis . . . . .	69	15	18	102		4
	Maryl. Neo-Eb.	Jamaicensis . . . . .	21		2	23		R 1
Missouriana	Honduren. Brit. . . . .	20	4	4	28			
<b>Ass. Anglicae . . . . .</b>			<b>240</b>	<b>23</b>	<b>112</b>	<b>375</b>		<b>7</b>
Japonicae . . . . .			7			7		1
<b>In tota Soc. Jesu: Missiones 41 . . . . .</b>			<b>2153</b>	<b>433</b>	<b>1001</b>	<b>3587</b>	<b>1</b>	<b>34</b>
			<b>Sac.</b>	<b>Schol.</b>	<b>Coad.</b>	<b>Univ.</b>	<b>U</b>	<b>C</b>

# Missionibus 1914.

CC	Dpb	Orph	R	Sap	Sch	Sem	St
	1		4; C. 1 8 2 1 6.	1		1	1
	1		22	1		1	1
2	1		11 1			2	25 10 8 3
1 1		1	2 12 2		2	1	26 1 15
4	1	1	28		2	3	88
		1 R Sch 1	2 1 8 1 7 3 2		1	C 1 C 1	23 9 4 21
	C. 1						23 49
	1	2	24		1	2	129
1 4; Sem 1 2 4	1 Sap 1 C 1		7; Clep 1 2; Dex 2 3 4; Inst 1 2			CC 2 2 1 2	15 2 1 1
1 3			1 1	1		CC 1	2 5
16	3		24	1		8	26
1			5; CC 1 10 15				11 5
			6; Dex 1				11
1			7				4
2			45				31
22 CC	6 Dpb	3 Orph	143 R	2 Sap	3 Sch	14 Sem	275 St

## NOTÆ.

1) Abbreviationes et explicationes hujus tabulæ inveniuntur in proxima præcedenti col. 591.

2) Pr. Taurinen., Austriæ, Hungariæ, Neo-Aurelian., cum non habeant *Missiones* hic sunt omissæ; *Croatiæ*, quæ dicitur in Cat. Austriæ missio, computata est cum ipsa Provincia Austriæ.


3) Sac. 2153 } 3587  
Schol. 433 } Socii in domibus  
Coad. 1001 } Missionum  
Univ. 3587 qui degunt in 41 M.,

jam sunt computati in numero 16894 Sociorum ad 27 Provincias pertinentium.

### Degunt igitur in D. Provinciarum:

Sac. 8262 — 2153 = 6109 } Socii 13307  
Schol. 4481 — 433 = 4048 } degunt in do-  
Coad. 4151 — 1001 = 3150 } mibus ipsarum

Provinciarum, reliqui, sc. 3587 in domiciliis Missionum.



# Pars secunda



De Instituto et viris illustribus





# I. Notitia summaria de Instituto Societatis Jesu.

## 1. Institutum Societatis Jesu.

Nomine Instituti venit complexus omnium legum quibus regitur Societas.

Variæ prodierunt editiones Instituti, quarum ultima, Florentiæ edita (an. 1892—93), tribus voluminibus in folio constat.

In **primo volumine** continetur Bullarium Societatis, seu Collectio litterarum Apostolicarum ad Societatem spectantium, ac Compendium Privilegiorum Societatis.

In **secundo volumine**, Examen Generale et Constitutiones cum Declarationibus, Decreta Congregationum Generalium, quibus subjacent Canones undecim primarum Congregationum, Censuræ et Præcepta, ac Formulæ variarum Congregationum, nempe Generalis, provincialis, procuratorum, et ad eligendum Vicarium.

In **tertio volumine**, Regulæ tum generales, tum particulares, Ratio Studiorum, Ordinationes et Instructiones Præpositorum Generalium, Industriæ Patris Aquavivæ; deinde Exercitia Spiritualia et Directorium. Volumen clauditur accurato et pretioso Indice totius Instituti.

De singulis his partibus hæc tenenda sunt:

**Litteræ Apostolicæ** primum citra controversiam, uti dignitatis ita et auctoritatis gradum obtinent.

**Compendium Privilegiorum** continet ordine alphabetico privilegia Societatis tum ei a S. Sede directe concessa, tum per communicationem participata, cum eorundem communicatione a Præposito Generali Sociis plus minusve integre facta.

**Examen Generale** cum suis Declarationibus, a S. Patre Ignatio conscriptum, omnibus Candidatis proponendum, brevem Societatis notitiam præbet et qualitates dispositionesque in admittendis requisitas indicat.

**Constitutiones** decem partibus constant:

1. Pars, de admissione ad probationem tractat.
2. Pars, de dimissione sive post vota sive ante ea in ipsa probatione.
3. Pars, de mediis ad conservandum et promovendum eos qui in variis probationis gradibus versantur.
4. Pars, de Scholasticorum in litteris instructione et de studiis tum Nostrorum, tum aliorum in Collegiis et Universitatibus Societatis.
5. Pars, de cooptatione in corpus Societatis, ad varios ejus gradus per vota, de Professione, de votis Coadjutorum et Scholasticorum.
6. Pars, de Professorum et Coadjutorum formatorum obedientia, paupertate et castitate.<sup>1)</sup>
7. Pars, de ministeriis in proximorum utilitatem, quibus Societas incumbit.
8. Pars, de unione membrorum Societatis, inter se et maxime de Congregatione Generali et electione Præpositi Generalis.

9. Pars, de Præposito Generali, de ejus qualitatibus, auctoritate, officio.

10. Pars, de modo quo Societas in suo bono statu conservari et augeri potest.

Singulis Examinis et Constitutionum Capitibus S. Ignatius **Declarationes** addidit, quæ ad magis particularia descendunt. Non minoris sunt auctoritatis ac ipsæ Constitutiones (ut dicitur in Proœmio Const.).

His ut appendix adnectitur **formula votorum simplicium**, quæ Professi emittunt post professionem, juxta Constitutiones.

Constitutiones vero et Declarationes, ex explicita dispositione S. Parentis (P. VI. C. 5) nullam obligationem ad peccatum mortale vel veniale inducunt, his exceptis quæ sub votis cadunt, nisi eis superaddatur præceptum strictum Superioris. Obligant vero ad pœnam.

**Decreta Congregationum Generalium**, utpote ordinationes supremæ auctoritatis in Societate post Constitutiones proximum locum tenent, ac eandem vim habent atque ipsæ Constitutiones. Editio Instituti Romana et Florentina inseruerunt, ut appendicem, decreta quinque Congregationum, quæ in Alba Russia habitæ sunt.

Ex undecim prioribus Congregationibus **Canones** extracti sunt rerum scilicet ad praxim magis pertinentium. Congregationi autem XII. visum est deinceps non extrahendos esse canones.

**Censuræ et Præcepta**, ut patet, obligant et quidem sub gravi.

**Formulæ Congregationum**, auctoritate Congregationum Generalium confectæ et approbatæ, eandem vim habent ac Congregationum decreta.

**Regulæ** aliæ sunt generales, quæ omnes respiciunt (Summarium Constitutionum, Regulæ communes, Modestæ), vel diversas Sociorum classes (Regulæ sacerdotum, Scholasticorum, Coadjutorum temporalium etc.), aliæ sunt particulares, sc. variorum officiorum (v. g. Provincialis, Rectoris, ministri, æditui, coqui). Has regulas jam prævidit necessarias S. Ignatius (Proœm. Const.), non tamen ipse plene confecit, sed vel jussu Congregationum Generalium, vel auctoritate priorum Præpositorum generalium confectæ sunt. Paulo minorem auctoritatem habent quam Constitutiones vel Decreta (Congr. VII. d. 76), nisi ex Decretis vel Constitutionibus sint desumptæ. Eas nullus Superiorum, præter Generalem condere potest (Congr. I. d. 143).

Regulis generalibus subnectuntur aliqua documenta etiam generalia, sc. Epistola de Obedientia, Instructio ad reddendam rationem conscientiæ, Catalogus Missarum et orationum, Formula scribendi, Formulæ votorum variæ.

**Ratio Studiorum** traditur secundum antiquam ejus editionem, non autem juxta recentiore[m] Patris Roothaan, quæ hucusque a Congr. Generali approbata non est.

<sup>1)</sup> Distinctio hic facta inter 3am et 6am partem praxi fere evanuit: Regulæ Summarii, quæ omnibus observandæ proponuntur æque ex utraque parte desumuntur.

**Ordinationes Præpositorum Generalium**, ad formam quam habent in Instituto, ex jam existentibus ordinationibus fuerunt jussu Congregationis VII. contractæ. Dividuntur in 21 capita. Eis a tempore Congregationis VII. nulla jam alia, præter Ordinationem Patris Beckx de libris evulgandis, fuit addita. His ordinationibus, quamvis Instituto corpori insertis, Congr. VII. d. 81. eam tantum vim inesse declaravit quam habent reliquæ Generalium ordinationes. Earum caput IV. **Monita generalia** continet. Reliqua capita personas particulares respiciunt, v. g. Provinciales, Superiores locales, Consultores, aut ad aliquas res particulares spectant, v. g. ad tertium Probationis annum, ad Collegia acceptanda etc.

**Instructiones ad Provinciales et Superiores Societatis.**

XXI sunt numero, quibus præmittitur Instructio Patris Aquavivæ pro Superioribus ad augendum conservandum-

que Spiritum, et subnectitur Instructio pro administratione rerum temporalium. Ex prædicto decreto 81. Congr. VII. vim directivam tantum habent. Sequuntur Industriæ Patris Aquavivæ, et Exercitia Spiritualia cum Directorio.

Hæ sunt variæ Instituti partes.

**Epitome Instituti** est Compendium totius Instituti, jussu Præp. Generalium confectum. Diversas leges in diversis Instituti partibus sparsas, et ad eandem materiam spectantes coadunat, et proponit ordine nonnihil diverso ac Constitutiones.

Epitome nullam vim addit legibus; sed singulæ eandem retinent quam habent ex his Instituti partibus unde educuntur.

## 2. Membrorum Societatis variæ classes.

Qui admittuntur Socii, alii sunt Sacerdotes, aut ad Sacerdotium destinati; alii fratres laici. Aliqui tamen candidati ut indifferentes admittuntur (Exam. gen.); qui, post exactum novitiatum, ex d. 52. Congregationis IV. ad alterutram classem determinari debent.

Post biennium novitiatum, omnes vota simplicia et perpetua paupertatis, castitatis et obedientiæ emittunt, quibus vere religiosi constituuntur. Per hæc vota novitii clerici constituuntur Scholastici approbati; tunc per plures annos ad studia litteraria, philosophica, et theologica, et generatim etiam ad magisterium in Collegiis exercendum applicantur. Finitis studiis tertium probationis annum agunt. Expletis tandem Societatis ac suæ ætatis annis requisitis, dummodo mediocritatem in virtutibus superent, ad gradum promoventur, sive Professorum, si dona ad hunc gradum requisita habeant, sive

Coadjutorum spiritualium. Professi vota solemnia nuncupant, tribus consuetis Religionis votis addunt quartum votum, etiam solemne, obedientiæ Summo Pontifici circa Missiones, et ideo dicuntur Professi quatuor votorum; præterea emittunt quinque alia vota simplicia, quæ paupertatem non relaxandam et prælaturas spectant. Alii autem sacerdotes vota tantum simplicia emittunt, et dicuntur Coadjutores spirituales. Aliqui tamen, propter varia merita, ad solemnem professionem trium votorum Religionis admittuntur. Non tamen propterea aliorum Professorum privilegia habent, sc. ut ad Congregationem generalem aut procuratorum deputentur, neque ut ad aliqua officia eligantur. — Eadem autem est vitæ ratio Professis ac Coadjutoribus. Fratres laici etiam, cum requisita haberint, ad gradum Coadjutorum temporalium formatorum promoventur.

## 3. Regimen Societatis.

Suprema potestas in Societatem, primo **Summo Pontifici** ut patet, competit, deinde **Congregationi Generali**. Hæc sola jus habet leges condendi quæ eandem vim habeant ac ipsæ Constitutiones, easque declarandi, mutandi aut abrogandi; item statuendi de rebus perpetuis et magni momenti, ut est v. g. domus dissolutio. Ea præterea eligit Præpositum Generalem, Assistentes et Admonitorem Præpositi Generalis. — Ad Congregationem Generalem jus habent Pater Generalis vel Vicarius Generalis, Assistentes, omnes Provinciales, ac duo electores ex singulis provinciis, qui sunt Professi 4 votorum, a Congregationibus provincialibus electi et missi. Post electionem ad tractanda negotia admittuntur Secretarius Societatis, Procurator generalis, aliique qui legitime vocati fuerint. Congregatio Generalis necessario convocanda est ad electionem Præpositi Generalis; convocari etiam potest ad graviora tractanda negotia, sed vix nisi ad illa quæ omnino ejus auctoritatem requirunt.

Singulis autem trienniis convocatur **Congregatio Procuratorum**, quæ constat, præter Præpositum Generalem et Assistentes, deputatis a Provinciis missis. Singulæ Provinciæ unum procuratorem, Professum 4 votorum in

Congregatione provinciali eligunt; qui res provinciæ ad Præpositum Generalem deferat, et cum aliis in Congregatione coadunatis deliberet, an convocanda sit necne Congregatio Generalis.

**Præpositus Generalis** supremam exercet administrationem in Societatem. Attamen Congregationi Generali subjectus est; Constitutionibus ac Decretis Congregationum Generalium est ligatus, quæ nedum abrogare aut mutare, sed neque authentice, verum solummodo ad praxim bonæ gubernationis declarare potest.

Ipsi quidem regulas aut ordinationes condere licet, sed quæ possunt ab alio Præp. Generali abrogari. Eligitur ad vitam. In suo officio adjuvatur consilio PP. Assistentium, qui tamen generatim non habent nisi vocem consultativam. Ipse constituit Præp. Provinciales, Rectores et Præpositos domorum Professorum. Ejus potestas nona parte Constitutionum determinatur. Debet ante mortem designare Vicarium Generalem, qui Congregationem generalem intra sex menses convocet, ac Societatem regat usque ad electionem novi Generalis.

Societas in Assistentias et Provincias dividitur. Nunc quinque sunt Assistentiæ et 27 Provinciæ.

## II. Conspectus virorum illustrium laboribus apostolicis et doctrina.

### 1. Prædicatio.

#### Italia.

**Paulus Segneri**, nat. 22. Mart. 1624 Neptuni, ingr. 2. Dec. 1637 ad S. Andreæ, docuit grammaticam Pistorii, per 27 annos insignis missionarius et postea concionator pontificius. † Romæ 9. Dec. 1694.

**Josephus Ant. Bordoni**, nat. 22. Feb. 1682 Taurini, ingr. 24. Oct. 1696, docuit litteras humaniores, postea theologiam, laudatus orator sacer. † Taurini 10. Nov. 1742.

**Hieronymus Tornielli**, nat. 1. Feb. 1693, ingr. 19. Oct. 1710, orator plenus affectuum, mortuus est eruptione sanguinis. † Bononiæ 13. Maj. 1752.

*Hieron. Trento*, nat. 31. Jan. 1713 Patavii, ingr. Bononiæ 24. Apr. 1728, concionabatur per 38 annos tam in magnis civitatibus, quam in missionibus. † Venetiis 19. Apr. 1784.

Ab anno 1573 usque ad 1660 Jesuitæ 49 tenebant suggestum in capella pontificia.

#### In restituta Societate:

**Tiberius Sagrini**, nat. 6. Aug. 1641 Imolæ, ingr. 29. Oct. 1826, † Taurini 25. Feb. 1865. Cujus tamquam oratoris et præcipue concionatoris per universam Italiam celebratum nomen erat.

**Secundus Franco**, nat. 22. Jan. 1817, ingr. 5. Feb. 1832 Taur. † Taurini 10. Nov. 1893. Multis missionibus celeberrimus, ita ut dicere quis potuerit: Tanto viro nullum ad elogium.

Forte etiam *Vincentius Stocchi* et *Cajetanus Zoehi*.

#### Lusitania.

**Antonius Vieira**, natus 6. Feb. 1608 Ulyssipone, Societatem ingressus 5. Maj. 1623 Bahiæ in Brasilia, 1626 factus est lector rhetoricæ Pernambuci, 1640 concionator aulæ in Lusitania, 1652 missionarius in Brasilia. Reversus in Lusitaniam falso accusatus apud Inquisitionem in carcere detentus est per aliquod temporis. † Bahiæ in Brasilia 17. Julii 1697.

#### Hispania.

**Jacobus Laynez**, nat. in Almazan 1512, unus ex primis sociis S. Ignatii, theologus Pauli III. in Conc. Trid., vir magnæ eloquentiæ, Generalis S. J. † Romæ 19. Januarii 1565.

**Franciscus Toletus**, nat. 4. Oct. 1532 Cordubæ, ingr. 3. Jun. 1558, factus sub Pio IV. concionator pontificius, quo munere functus est per annos 24; Cardinalis 1593. † 14. Septembris 1596.

**Hieron. de Florencia**, nat. 1565 Compluti, ingr. 1582, docuit philosophiam et theologiam, postea concionator per annos 30 in aula Matritensi. † 12. Mart. 1633.

#### Gallia.

**Claudius de Ligendes**, nat. Molinæ 1591, ingr. 1607, unus ex instauratoribus sanæ prædicationis in Gallia. † 1660.

**Jacobus Giroust**, nat. 1624, ingr. 25. Oct. 1641. † Paris 19. Oct. 1689.

**Claudius a Colombière**, 2. Feb. 1614 nat. ad S. Symphorianum Ozonii prope Lugdunum, ingr. 1659, concionabatur per 2 annos in aula Jacobi II. Londinensi, sed inde expulsus, habitabat Paredii, ubi † 15. Feb. 1682.

*Claudius Texier*, 20. Mart. 1611 nat. Rupellæ, ingr. 30. Jan. 1628, docuit humaniora et rhetoricam, fuitque per 30 annos concionator. † Burdigalæ 24. Apr. 1687.

**Timoleo Cheminais**, nat. Parisiis 3. Jan. 1652, ingr. 25. Sept. 1667, per breve tempus quidem, sed insignis præco verbi Dei. † Parisiis 15. Sept. 1689.

**Ludovicus Bourdaloue**, nat. Biturigibus 20. Aug. 1632, ingr. 10. Oct. 1648; postquam docuit humaniora, rhetoricam, philosophiam, theologiam moralem, concionibus suis excelluit. † Parisiis 13. Maj. 1704.

**Carolus a Strada** (de la Rue), nat. 3. Aug. 1643 Parisiis, ingr. 7. Sept. 1659, ibidem lector humanitatis et rhetoricæ et præclarus præco verbi divini etiam et in aula, quamquam petierat missionem Canadensem. † Parisiis 27. Maj. 1725.

*Vincentius Houdry*, natus Cæsaroduni (Tours) 22. Jan. 1631, ingr. 8. Oct. 1646 cum successu prædicabat. Est auctor *Bibliothecæ concionatoriæ* sæpe impressæ et versæ in linguam latinam. † Parisiis 19. Mart. 1729.

*Blasius Gisbert*, 21. Feb. 1657 Cadureci natus, ingr. 1672, scripsit tractatum: *L'éloquence chrétienne*. † 21. Feb. 1731.

**Franciscus a Paulo Bretonneau**, natus Cæsaroduni 31. Dec. 1660, ingr. 14. Sept. 1675, functus fere omnibus muneribus, bonus concionator, notus imprimis ut editor operum Patris Bourdaloue (1707—34). † Parisiis 22. Maj. 1741.

*Carolus Frey de Novavilla*, nat. 1693, ingr. 1710, † 1774.

**Alexander Lanfant**, nat. 9. Sept. 1726 Lugduni, ingr. Avenione 7. Sept. 1741, concionator in magnis urbibus et in aula. Ejus ardor in dicendo post suppressam Societatem ipsi a sanguinariis impetravit necem eruentam 5. Sept. 1792.

#### In restituta Societate.

**Nicolaus Tuite de Mac-Carthy**, Dublini natus 21. Maj. 1769, cum patre profectus Tolosam, factus est sacerdos 1814, Jesuita 7. Feb. 1818, et magno cum successu conferentias, quas dicunt, habuit in Gallia. † Anesiaci 21. Aprilis 1833.

**Xaverius a Ravignan**, nat. 1. Dec. 1795 Bayonne, magister equitum in exercitu (Cavallerie-Lieutenant), jurista, clericus, 2. Nov. 1822 Jesuita. Anno 1837 successit Patri Lacordaire in pulpito Ecclesiæ Dominæ Nostræ Parisiis. † Parisiis 26. Feb. 1858.

**Josephus Felix**, nat. 28. Junii 1810, ingr. 29. Sept. 1837, ab anno 1856 concionator conferentiarius in æde B. M. V. Parisiis. † Insulis 6. Jul. 1891.

**Germania.****B. Petrus Canisius** (vide inter Beatos infra).

† 21. Decembris 1597.

**Franciscus Hunolt**, nat. Sigenii 31. Mart. 1691, ingr. 18. Maj. 1709, celeber concionator in cathedrali Trevirensi per multos annos. † Treviris 12. Septembris 1746.*Jo. Nep. Tschupik*, natus 7. aut 12. Apr. 1729 Viennæ, ingr. 14. Oct. 1744, ab anno 1763 concionator aulæ etiam sub Josepho II. † 20. Jul. 1784.**Jos. Schneller**, nat. 1. Dec. 1734 Græcii, ingr. Viennæ 18. Oct. 1758; docuit per 3 annos humaniora Labaci, advenit Viennam 1766 ubi ad S. Stephani per annos 36 concionabatur (Oratio funebris in Josephum II. et Leopoldum II.). † Viennæ 2. Apr. 1802.*Ignatius Wurz*, natus Viennæ 10. Oct. 1727, ingr. 7. Dec. 1747, per complures annos lector sacræ eloquentiæ in collegio Theresiano Viennensi, post suppressam Societatem parochus in Pierawart, ubi † 29. Aug. 1784.Circa idem tempus concionabantur P. *Franc. Borgia Tausch* (nat. Clagenfurti 10. Oct. 1702, ingr. 9. Oct. 1717, † Viennæ 10. Mart. 1775) in aula Mariæ Theresiæ, etP. *Joannes Trebbels* (nat. 25. Sept. 1713, ingr. 21. Aug. 1731) Gedani. † post 1773.**In restituta Societate.****Petrus Roh** (vide infra Missiones in patria), † 17. Maj. 1872.*Bernardus Rive*, natus 11. Dec. 1824, ingr. 19. Mart. 1851. Celeber concionibus Coloniae, de infallibilitate Summi Pontificis, habitis. † 30. Jul. 1884.**Georgius Roder** (infra: Miss. in patria), † 22. Dec. 1887.*Fr. Xav. Weninger*, nat. 1805, ingr. 31. Oct. 1832 Austr.-Hung. † 29. Junii 1888 in America, Cincinnati. Maxima erat ejus fama.**Polonia.****Petrus Scarga**, nat. Grodzieci Feb. 1536, canonicus Leopoliensis, Romæ 2. Feb. 1569 ingressus est Societatem. Reversus 1571 in Poloniam multos suis concionibus convertit. 1588 vocatus fuit in aulam Sigismundi III. † Cracoviæ 27. Sept. 1612.**In restituta Societate.****Carolus Antoniewicz**, nat. 6. Nov. 1807, ingr. Galiciæ 11. Sept. 1839, † Obræ 11. Nov. 1852. Cujus vix non im-mensa dicentis auctoritas fuit.**2. Administratio Sacramenti pœnitentiæ.**Hoc munere fungebatur Societas magna cum devotione tum apud populum, tum apud multos reges et principes. Ita regum Galliæ fere sine intermissione confessorii fuere 19 Jesuitæ incipiendo ab *Edmundo Augerio* (1574—87) usque ad P. *Desmarest* (1753—64), qui ali-quoties munere suo cum magna loquendi libertate functi sunt excepto forsitan P. Lachaise magis connivente. Aliis quoque in aulis regiis *Austriæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, Bavariciæ* Jesuitis hoc munere olim fungendum erat; a quo onere nova Societas libera fere permansit.**3. Catechesis.****B. Petro Canisio** auctore prodierunt: Summa doctrinæ christianæ seu catechismus major. Viennæ 1555. — Institutiones christianæ seu parvus catechismus. Ib. 1566.*Edm. Augerius*: Catéchisme et sommaire de la religion chrétienne. Lugduni 1563.**Bellarminus** ut Archiepiscopus Capuensis scripsit 1603 catechismum suum, qui versus est postea in multas linguas diversas.*Hieron. Ripalda*, nat. 1537 in Aragonia, ingr. anno ætatis 14., per aliquantum temporis confessorius Sanctæ Theresiæ et director variarum domorum religiosarum, † 1618 Toleti, notus imprimis catechismo ab ipso conscripto, qui usque ad hanc nostram ætatem identidem editus est.*Gulielmus Hyacinthus Bougeant*, nat. Coriosopiti (Quimper), ingr. 29. Sept. 1636. † Avenione 19. Nov. 1697.

„Exposition de la doctrine chrétienne . . . divisée en trois catéchismes: historique, dogmatique, pratique“ 1741, opus sæpe impressum et versum in alias linguas.

**Josephus Deharbe**, nat. 1. Apr. 1800 Argentorati, ingr. Brigæ 20. Sept. 1817, † Mariæ ad lacum 8. Nov. 1871, edidit catechismum in 5 diversis doctrinæ gradibus et præterea majus quoddam opus catecheticum 1857. Ejus catechismi in multas linguas translati sunt.Alios Socios sæculo XVI. bene de Catechesi meritos affert et varias quæstiones ad Catechesin S. J. pertinentes in suo libro „*La Compañia de Jesus Catequista*“ Madrid 1913 tractat P. *Cæcilius Gomez Rodeles*, nat. 22. Nov. 1842, ingr. 18. Febr. 1858 (Castelli), qui ut scriptor et director collectionis „*Monumenta historica S. J.*“ magna laude dignus obiit 31. Dec. 1913.**4. Sodalitates.**Congregationes B. M. V. cœptæ sunt in Collegio Romano 1563 cum discipulis classium inferiorum a Joanne Leunis,<sup>1)</sup> magistro quintæ classis, approbatæ a Gregorio XIII. 1584 et imprimis a Benedicto XIV. 1748 per bullam „*Gloriosæ Dominiæ*“. Ubique et inter personas

omnium condicionum erant diffusæ. In Gallia etiam pro militibus Jesuitæ erexerant Congregationes. — Eodem modo in nova Societate Congregationes jam inde ab initio erant et sunt unum ex principalioribus ministeriis apostolicis.

<sup>1)</sup> Joannes Leunis natus erat Leodii 1535, ingr. Romæ 18. Jun. 1556. † Taurini 19. Nov. 1584.

## 5. Opera misericordiæ corporalia.

Jam S. Ignatius fecerat plures fundationes pro salute corporali hominum, laudatus propterea valde in bulla canonizationis. Probat historia Societatis, ipsam tempore variorum morborum pestiferorum et aliorum infortuniorum generose obtulisse et sacrificasse filios suos ad leniendos hominum dolores. Præcindendo a quibusdam heroibus, ut *S. Aloysio* Scholastico, *P. Carraja*, *S. Petro Claver*, et multis missionariis, legimus in catalogo Patris Alegambe (continuato a P. Nadasi) 1190 Patres et Fratres ab anno 1556 ad 1657 obiisse victimas caritatis in servitio ægrotorum.

Anno 1656 in sola civitate Neapoli non minus 60 Jesuitæ mortem obierunt inserviendo peste infectis. A

1679—1726 numerus talium victimarum ascendit ad 313 (juxta dictum catalogum. Cf. etiam ann. 1799, Hispania, supra col. 390).

Eodem modo egit restituta Societas apparente a. 1832 morbo, qui dicitur cholera, Romæ, Neapoli, Panormi et postea, e. gr. in Gallia et in bello gallo-russico (Krim). P. Roothaan ipse in instructionibus ad Provinciam Germaniæ hortabatur ad sacrificandum se generose. Et gesta a sociis gallis et germanis pro ægrotis et vulneratis in bello gallo-germano anni 1870 hujus caritatis novum sunt argumentum.

6. Missiones in patria.<sup>1)</sup>**Italia.**

*Franciscus Adorno*, Genuensis, nat. 19. Sept. 1533, ingr. 1550, confessorius S. Caroli Borromei, missionibus suis præservavit Mediolanum et dioceses circumvicinas ab hæresi. † Genuæ 13. Jan. 1586.

*Petrus Espiga*, nat. 1527 Calari (Cagliari) in Sardinia, Lovanii ingr. in Societatem, postea apostolus Sardinia, a Deo miraculis illustratus. † in urbe patria 1594.

*Bernardus Colnago*, nat. 1545 Cataniae in Sicilia, ingr. 1560 Messanæ, lector philosophiæ et theologiæ Messanæ, Romæ, Neapoli, dein Dei instinctu missionarius Siciliae et Italiae, passim vocatus apostolus, Seraphus, novus Paulus. † Cataniae 1611.

*Julius Mancinelli*, nat. 13. Oct. 1537 Maceratae, ingr. 14. Maj. 1558, primo tempore magister novitiorum Romæ, dein rector in diversis collegiis, denique missionarius. Turcia imprimis, sed etiam tota Europa orientalis admirata est zelum ejus apostolicum. † Neapoli in odore sanctitatis 16. Aug. 1618.

*Aloysius La Nuza*, nat. Licatae in Sicilia, ingr. anno ætatis 14; factus missionarius celebris in sua patria. † Palermi 1656.

*Nicolaus Zucchi*, nat. Parmæ, ingr. cum ageret annum 16, eximius operarius in Italia, † in odore sanctitatis 1670.

**Paulus Segneri** (vide „Prædicatio“). † 1694.

*Joannes Pinamonti*, nat. 1632 Pistorii, ingr. Romæ 1647, per 26 annos socius P. Segneri. † Ortæ 1703.

**S. Franciscus de Hieronymo** (vide „Sancti“). † 1716.

*B. Antonius Baldinucci* Florentinus. Per 20 annos ut missionarius laboravit in amplius 30 diocesisibus Italiae, † Pophii anno ætatis 53., Societatis 36. 1717.

**In restituta Societate.**

**Tiberius Sagrini et Secundus Franco** (supra).

*Ferdinandus Minini*, nat. 31. Dec. 1796, ingr. Taur. 13. Nov. 1816, † 14. Apr. 1870.

**Lusitania.**

*Ignatius Martinez* (Martins), nat. 1530 in castello Govea diocesis Conimbricensis, ingr. Apr. 1547, primo

concionator magnificus, dein a Deo mutatus in missionarium potentem. † Conimbricæ 28. Feb. 1598.

*Sebastianus de Barradas*, nat. Ulyssipone 1542, ingr. 1558, ob zelum in prædicatione Lusitaniæ „Apostolus“ appellatus. † Conimbricæ 11. Apr. 1615.

**Hispania.**

**S. Franciscus Borgia** (vide „Sancti“). † 1. Oct. 1572.

*Bartholomæus Bustamante*, nat. 1500, ingr. 1551, sacerdos, initio socius S. Francisci Borgiae, postea usque ad finem vitæ laboribus apostolicis occupatus inter pueros et Mauros. † Triguieris 21. Jun. 1570.

*Joannes de Albotodo*, natus Granatæ a parentibus Mauris, verus apostolus Maurorum, † Hispali 1578.

*Gasparus Laorte*, Hispanus, ingr. 1552, missionarius in Italia et imprimis inter Mauros Hispaniæ, † Hispali 1578.

**Franciscus Strada**, se adjunxit 1535 sociis S. Ignatii in Italia, postea Italiam, Belgium, Galliam, Lusitaniam et Hispaniam fama apostolicorum laborum implevit. † Toleti 1584.

*Joannes Gondinus* Aragonensis, anno 20. ætatis ingr., lector philosophiæ et postea magnus missionarius in Aragonia. † Toleti annos natus 60 1629.

*Emmanuel Texeira* Lusitanus, cum esset 30 annorum ingr., Galliciam per annos 30 missionarius peragravit. † 1635.

*Josephus Calatayud*, vixit 50 annos in Societate, per multos annos missionarius Gandiæ et Valentia. † Gandiæ annos natus 78 1636.

*Josephus Guadarrama*, natus prope Toletum, cum esset 36 annorum sacerdos ingressus, egit missionarium in diversis diocesisibus Hispaniæ, quoad 56 annos natus Martitri † 1655.

*Hieronymus Lopez*, Gandiæ natus 1590, ingressus 1605, per annos 40 varias Hispaniæ provincias missionarius peragravit et ab omnibus sanctus existimatus. † Valentia 12. Feb. 1658.

*Thyrus Gonzalez*, natus Argantæ 1622, ingr. 1642, per 12 annos fervens missionarius in Hispania, speciatim inter Mahumetanos. Generalis. † Romæ 27. Oct. 1705.

<sup>1)</sup> De gestis in missionibus exteris vide partem primam et „Martyres“.

**Gallia.**

**Edmundus Augerius**, nat. 1530, novitius Romæ sub S. Ignatio, docuit humaniora et philosophiam, dein contra hæresin insurgens in patria, convertit circa 40 000 Calvinianorum; Galliæ „Chrysostomus“ appellatus ab historiographo Matthieu. † Comi 31. Jan. 1591.

**Petrus Cotonus**, nat. 7. Mart. 1564, ingr. 30. Sept. 1583, factus est Henrici IV. concionator et confessarius et operarius infatigabilis in Gallia. † Parisiis 19. Mart. 1626.

**S. Franciscus Regis** (vide „Sanctos“). † 31. Decembris 1640.

*Anna Franciscus de Beauveau*, nat. 26. Aug. 1617 Noviani in Lotharingia, mortua conjuge 1. Jun. 1661, ingr. Societatem agebat missionarium simplicem sed ferventem inter rusticos Burgundiæ. † Divione (Dijon) 23. Maj. 1669.

*Julius Maunoir*, nat. 1606 in Britannia minore, ubi a 1640 ad 1683 missionarium egit, † Plevini anno ætatis 77.

*Vincentius Huby*, nat. 15. Mart. 1608 Henneboni in Britannia minore, ingr. 25. Dec. 1625, impiger missionarius in Britannia minore. † in urbe Venetensi (Vannes) 22. Mart. 1693.

**Honoratus Chaurand**, nat. 16. Feb. 1615, ingr. 29. Sept. 1636, missionarius infatigabilis in plus quam 90 diocesis Galliæ, ubi fundabat 126 „domos charitatis“ ad abolendam mendicationem vagam et ad juvandos vere pauperes. Innocentius XII. ipsum vocavit Romam, ut in palatio Lateranensi tale conderet hospitium. † Avenione 19. Nov. 1697.

*Andreas Guevarre*, nat. 3. Jul. 1646, ingr. 8. Oct. 1663, cooperabatur dicto Patri et continuabat opera ejus. † 22. Jul. 1724.

*Petrus Medaille*, nat. 8. Sept. 1638, ingr. 1657, per 30 annos missionarius in Aquitania. † 8. Sept. 1709.

*Franc. Xaverius du Plessis*, Quebeci (Canadæ) natus 13. Jan. 1694, ingr. 7. Jan. 1717, multas cum magno fructu missiones habebat in Gallia septentrionali. † 2 Decembris 1771.

*Jo. Nicolaus Beauguard*, natus Metis 4. vel 2. Dec. 1733, ingr. Sept. 1749, insignis missionarius, concionando 1789 Parisiis prædixit magnam instare rerum omnium perturbationem. † in Germania 27. Jul. 1804.

**In restituta Societate.**

**Claudius Guyon**, nat. 18. Jul. 1795 jam conspicuus erat inter missionarios Galliæ, cum petiit et obtinuit admissionem in S. J. 29. Nov. 1821, in qua continuabat missiones cum ardore et successu extraordinario: sic e. g. 1823 concionatus est Avenione bis terve quotidie per integrum mensem. † 25. Nov. 1845.

*Ludovicus Sellier*, nat. 20. Jul. 1772, ingr. 11. Aug. 1814, præter diversa alia munera egit missionarium in diocesi Ambianensi. † S. Acheoli 14. Mart. 1854.

His adde **Nicolaum de Mac-Carthy** (supra) et Carolum Gloriot, † 1844, et plures alios, qui magnam illam et celebrem missionum expeditionem in Gallia (1830—1848) aggressi sunt.

**Germania.**

**B. Petrus Canisius** (vide Beatos). † 1597.

*Georgius Scherer*, nat. 1540 Schwazii in Tiroli, per annos 40 concionando effecit, ut multa millia hominum in Austria conservarent fidem catholicam. † apoplexia Lincii 26. Nov. 1605.

**Paulus Hoffaeus** e Binga, receptus 1555 a S. Ignatio, præter munera sua in Societate, miram operam consumpsit in dedocendis hæreticis errores suos. † Ingolstadii anno ætatis 84. 1608.

*Joannes Zehender*, nat. 1564 Wartenbergii in Suevia, ardens minister protestans, post conversionem ardentior sacerdos catholicus, 1595 ingressus Societatem, laboravit ut missionarius in Germania meridionali et postea in terris Austriacis. Viennæ † peste, ætatis anno 49., 25. Apr. 1613.

*Emmeramus Welsler*, nat. 1560 Stulfeldii, dioc. Salisburgensis, missionarius plenus zeli animarum in silva Bohemica. † 16. Apr. 1618.

*Joannes Falk* Magdeburgensis, nat. 1584, ingressus 1603 Treveris, operarius apostolicus sine intermissione in urbibus et ruri. † Moguntiæ anno ætatis 43. 24. Septembris 1626.

*Nicolaus Cusanus*, nat. 6. Nov. 1574, ingressus 1601, missionarius felix in Luxemburgo, Lotharingia, alibi. † Luxemburgi 20. Apr. 1636.

*Fredericus Huneken*, natus 1569 Magdeburgi, ingressus 1594, missionarius convertit multos errantes in Saxonia et Bohemia. † 1648.

*Henricus Schacht*, nat. Slesvici 1585, conversus a Lutherismo, ingr. Romæ 10. Feb. 1610, Provinciæ Rheni inferioris, 1623—24, missionarius occultus in Suecia, ubi proditus et ad mortem damnatus, sed a Gustavo Adolpho pro gratia e regno ejectus fuit, per 24 annos missionarium egit in Germania. † Hamburgi 2. Jan. 1654.

*Bernardus Loeper*, nat. 21. Apr. 1609, ingressus Societatem 11. Sept. 1629, professor theol. moralis et Exegeseos, postea per multos annos missionarius inter protestantes. † Paderbornæ 29. Maj. 1670.

**Philippus Jeningen**, nat. Eystadii 5. Jan. 1642, ingr. 19. Jan. 1663, vere apostolus Germaniæ meridionalis. † in odore sanctitatis Elvacii 8. Feb. 1704.

**In restituta Societate.**

*Petrus Roh*, nat. 14. Aug. 1811, ingr. 16. Sept. 1829, missionarius eloquens et verbo potens, prædicabat 20 annis in Germania. † Bonnæ 17. Maj. 1872.

**Georgius Roder**, nat. 2. Jun. 1812, ingr. 13. Jun. 1843, missionarius in Germania meridionali et ad Rhenum, insignis soliditate doctrinæ et dispositione psychologica in concionibus, ejus eloquentia omnem vincebat resistantiam. † Feldkirchii 22. Dec. 1887.

**Bohemia. Hungaria.**

*Mathias Burnaz* Silesianus, annos 22 natus Brunæ 1589 ingressus, concionabatur ut missionarius cum magno successu in Bohemia et ab agricolis hæreticis occisus est in odium fidei 9. Aug. 1629.

*Albertus Chanowski* Bohemus, Brunæ ingressus 31. Jul. 1601. Rector et professor in diversis Collegiis, dein fervens

missionarius in Bohemia, Moravia, Hungaria. † 15. Maj. 1643 (aut 1645).

*Andreas Metsch*, nat. 1586 in urbe Riedlingen, puerulus venit in Silesiam; ingressus 1603 Brunæ. Præstans operarius apostolicus convertit amplius 10 000 hæreticorum in Bohemia, Moravia, Silesia, alibi. † Glacii anno ætatis 65. 23. Feb. 1651.

*Adamus Krawarski*, natus 1. Maj. 1578 in Silesia, ingr. Brunæ 23. Sept. 1607, in Bohemia convertit multa millia hæreticorum. † Pragæ 30. Aug. 1660.

*Joannes Stankowitz*, eximius per annos 53 ut operarius apostolicus in Turcia et Hungaria. † 25. Dec. 1673.

### Polonia.

*Benedictus Herbestus*, professor Cracoviæ, dein canonicus et concionator Posoniæ, post ingressum in Societatem (31. Mart. 1571) operarius zelo et vitæ sanctitate insignis in Podolia et confinibus. † 4. Mart. 1593.

*Stanislaus Grodzicki*, Posoniensis (nat. 1541), in funeralibus S. Stanislai Romæ vocatus ad Societatem (ingr. 31. Mart. 1571), factus est tam eximius missionarius, ut mereretur nomen apostoli Lithuanie. † Posonii, expletis annis 72, 4. Mart. 1613.

*Martinus Laszcz*, nat. 1552, ingr. 1. Feb. 1570, magnus missionarius, convertit totum senatum Cracoviensem, introduxit in Poloniam adorationem 40 horarum. † anno ætatis 64. 23. Maj. 1615.

*Hermannus* (Ertmannus) *Tolgsdorffius* Ruthenus, nat. 1550, ingr. 1581, apostolus Lithuanie. † 4. Oct. 1620.

**B. Andreas Bobola** (vide Beatos), Martyr 16. Maj. 1657.

*Andreas Stibigk* Brunsbergensis, nat. 1618, ingr. 19. Aug. 1638, per majorem vitæ partem missionarius in Curlandia. † 21. Apr. 1669.

*Martinus Tyrawski*, ingr. 1641, eximius missionarius in Polonia. † 1684.

### In restituta Societate.

*Carolus Antoniewicz* (supra 604).

### Belgium et Hollandia.

*Franciscus a Montibus* (van den Bergen). Desiderabat et appetebat missionem Indicam, et obedientia retentus fervorem apostolicum consecravit patriæ. † Antverpiæ 1598.

*Gulielmus Leon*, missionarius per 22 annos bene meritus in Hollandia. † Trajecti ad Mosam 1612.

*Gerardus Florentius*, Belga, valde fervens et aptus missionarius in Hollandia. † Antverpiæ 1616.

*Joannes Carlier*, Belga, juxta Superiorum et sciorum sententiam exemplar missionarii. † Atrebatii (Arras) 1633.

*Augustinus a Teilingen*, nat. 13. Jul. 1587 Harlemii, per 50 annos missionarius Hollandiæ. † 4. Aug. 1665.

*Petrus van der Laen*, nat. 2. Feb. 1618 Amstelodami, ingr. 5. Oct. 1635, strenuus per annos 18 in Hollandia missionarius. † Harlemii 10. Jul. 1669.

### In restituta Societate.

*Isidorus van de Kerkhove*, nat. Ingelmunster 15. Junii 1790, ingr. 31. Jul. 1814, † 24. Jan. 1871. Quasi per totam vitam magnam illam missionum expeditionem sustinuit in Belgio.

### Anglia.

**B. Edmundus Campianus**, natus Londini 29. Jan. 1539, diaconus anglicanus rediit ad Ecclesiam, factus 1573 Jesuita, jussu Gregorii XIII. 1580 rediit in Angliam suam, ubi post multa gesta præclara *martyrio coronatus* fuit 1. Dec. 1581, beatificatus 1886.

*Gulielmus Bonus* (Good), nat. 1527, ingr. Tornacii 1562, in Belgio Robertum Personium Societati acquisivit. Post 6 annos in Hibernia pro religione peractos, socius fuit Antonii Possevini in Suecia et Polonia, tandem rector Collegii Anglicani in urbe Roma. † Neapoli 5. Julii 1586.

Ven. *Robertus Southwellus*, natus 1560 in comitatu Norfolkensi, Duaci sub P. Lessio philosophiæ studuit et Romæ 17. Oct. 1578 in novitium intravit. Anno 1586 missus est cum P. Garneto in Angliam, ubi post 6 annos laborum missionariorum plenos 25. Junii 1593 captus et necatus est Londini 21. Feb. 1595.

*Henricus Garnetus*, nat. Nottinghamii 1555, 11. Sept. 1575 ingr., incubuit in studia sub Clavio, Suaresio, Pereira, Bellarmino, factus lector philosophiæ et matheos. Ab anno 1586 per 18 annos missionarium egerat in Anglia, cum quasi complex conjurationis pulverariæ accusatus et morti addictus est. 3. Maj. 1606.

Ven. *Eduardus Oldcornus*, nat. 1561 in comitatu Eboracensi, ingr. 1588 sacerdos Romæ ordinatus et eodem anno missus in Angliam missionarius. Post multa per annos 17 in comitatu Worcestriensi (Worcester) feliciter gesta ob eandem rationem, ac P. Garnetus, Worcestrii morte punitus est 1606.

**Robertus Personius**, filius martyr, socius Campiani, defensor religionis catholicæ princeps in Anglia † 1610.

*Robertus Abircrombium* missionarium per 19 annos agebat in Scotia, mortuus senex octogenarius Brunsbergæ 27. Apr. 1613.

*Joannes Gerardus*, nat. 1564, ingr. 5. Aug. 1588, per multos annos missionarius in Anglia, ex turri Londinensi, in qua captivus detinebatur, evasit feliciter. † Romæ 27. Jul. 1637.

*Richardus Holtby* (Ducket, Spencer), plus annos 50 continuos in Anglia consumebat in laboribus apostolicis. Natus erat 1552 aut 1553, ingr. 1583 Viroduni, 1589 missus in Angliam. † 25. Maj. 1640.

*Joannes Piscator* (Fisher, proprie Piercy), ex familia protestantica, annos natus 15 Romam profectus studiis finitis in Angliam revertit, ut salutem popularium suorum promoveret. Inde præmia tulit carceres, fugam, labores, exilium. † senex 1641.

Ven. *Edmundus Arrowsmithius*, nat. 1585 Lancastriæ, fere totam vitam missioni patriæ dedicavit. Annos natus 43 Lancastriæ cruenta morte affectus est 28. Septembris 1628.

*Laurentius Andertonus*, Lancastriensis, nat. 1575 aut 1576, ex ministro anglicano Jesuita 1604 aut 1605 post missionem 40 annorum in Anglia peractam † 17. Aprilis 1643.

Ven. *Briant Cansfield*, nat. 1578 in Lancastris, ingr. adolescens 18. Nov. 1604, insatiabilis laborum operarius in Anglia, 1643 captus et tam duriter in carcere tractatus est, ut vix ex eo emissus sequelis custodiae succumberet 3. Aug. 1643.

Ven. *Rudolphus Corbæus* (Corbie) Dublinensis, nat. 25. Mart. 1598, ingr. 1624 vel 1626, missionarii munere in Anglia functus erat per 12 annos, cum 1644 captus et Londini morte affectus est 17. Sept. 1644.

*Henricus Fitz-Simon*, Dublinensis, nat. 31. Maj. 1566 adolescens seductus a protestantibus, sed poenitens reversus ad Ecclesiam, Societati Tornaci nomen dedit 15. Apr. 1592 et fervens fuit propugnator religionis in Hibernia. Carcerem et necem fugere potuit et obiit Kilkenii 29. Nov. 1643 vel 1. Feb. 1644.

*Joannes Grossius*, nat. in comitatu Norfolkensi, in Societatem ingressus per 20 annos inter mille pericula missioni in patria vacabat. Uno mense vixerat liberatus a carcere Lincolnensi, cum ærumnis confectus obiit 1645.

Ven. *Henricus Morsæus*, nat. 1605 in Norfolkia, post studia in Collegio Romano 20 annos vixit in Societate. Operarius in Anglia ter exilio punitus, quater ærumnis carceris afflictus, denique Londini morti cruentæ traditus est 1. Feb. 1645.

*Franciscus Walsinghamus*, natus 1576 aut 1577 in Northumbria, diu in castris protestantium diaconus anglicanus fuerat, sed lectis P. Personii controversiis conversus, ingressus est Soc. 1608, Romæ studia finivit et magno cum successu per 32 annos verbo et scriptis catholicam religionem in patria illustravit. † 1. Jul. 1647.

Ven. *Petrus Wright*, Sliptonii natus 1603 aut 1604, ingr. 1629 per 7 annos missionarius in Flandria et Anglia felicissime laboravit. Sacerdos et Jesuita morti addictus et necatus est Tyburni 29. Maj. 1651.

*Joannes Worthingtonus*, nat. 1573 Blenscii (Lancastris), Romæ ingr. 27. Oct. 1598, annis 46 salutem popularium suorum promovebat, mortuus in carcere 25. Jan. 1652.

*Edmundus Nevillus*, Lancastriensis, ingr. sacerdos, cum ad nonagesimum pæne ætatis annum omnem operam salvandis in Anglia hominibus dedisset, mortuus est Londini ærumnis carceris confectus 1648.

*Thomas Laithwaite* (vulgo Scott), Lancastriensis, litteris et altioribus disciplinis doctus Hispali, sacerdos in Angliam profectus a P. Garneto susceptus in Societatem post conjurationem pulverariam cum Joanne Gerardo fugit in Belgium, finito vero novitiatu reversus in Angliam missionarium agebat usque ad mortem 1655.

*Joannes Young*, Hibernus, nat. 15. Aug. 1589, Romæ ingr. 13. Maj. 1610, fere 30 annis strenuus fuit operarius in missione Hiberna. Moritur Romæ Rector collegii Hib. 13. Jul. 1664.

*Ignatius Goodwin*, natus 1601 aut 1602, ingr. 1623, per 30 annos strenuus missionarius in Anglia et Hollandia. † Londini 26. Nov. 1667.

*Joannes Spencer*, nat. 1601 Lincolnæ, ingr. 1627, lector theol. mor. et S. Script. in Collegio anglico Leodiensi, dein per 20 annos missionarius in Anglia. † 17. Januarii 1670.

### Missio septentrionalis.

Tentamina missionis in Dania, Suecia, Norwegia, Russia, vide in Tabulis ad annos 1574 sq., 1580, 1623, 1649, 1680, 1712, 1719.

Anno 1682 Congregatio generalis duodecima decreto 27. magna cum gratiarum actione acceptat foundationes factas ab Episcopo Paderbornensi et Monasteriensi Ferdinando a Fürstenberg pro missionibus germanis, septentrionalibus, sinicis et japonensibus.

Restituta Societas (Pr. Germ.) habet Collegia 2 (Hafniæ et Ordrupshoj) cum residentia Aarhusiensi in Dania, et stationem in Suecia.

## 7. Gesta in schola, scientia, litteris (et arte).

Institutionem puerorum et juvenum in litteris classicis et disciplinis altioribus, quæ in universitatibus tradebantur, Societas semper maximi esse momenti existimavit. In casu necessitatis etiam instructionem imperiebatur in rudimentis elementaribus. De his omnibus jam S. Ignatius egerat in parte IV. Constitutionum ordinationesque dederat accuratissimas, quæ a P. Aquaviva et Congregationibus posterioribus completæ quidem, non vero de novo conditæ sunt.

Institutum hujusmodi magnificentissimum habetur **C. Romanum**. Quod anno 1556 Paulus IV. Universitatem creavit, Gregorius XIII. 1581 liberalissime dotavit. Urbanus VIII., Innocentius X., XII., XIII., Clemens IX., X., XI., XII., Sancti Aloysius, Camillus de Lellis, Leonardus a Portu Mauritio eam frequentarunt.

Anno 1710 Societas possidebat 24 Universitates et 612 C. 1768—69 in solis C. Provinciæ Germaniæ superioris numerabantur discipuli 7357; singula collegia

Augustanum, Dilinganum, Monacense, Cœnipontanum circa sexcentos ad pietatem, bonos mores, scientiam instituebant adolescentes.

### a. Theologia et philosophia scholastica.

*Franciscus Toletus*, nat. 4. Oct. 1532 Cordubæ, lector philosophiæ Salmanticæ, ingressus 3. Jun. 1588 Simancæ, Romæ cum applausu docuit philosophiam et theologiam; sub Pio IV. factus concionator pontificius, sub Clemente VIII. 17. Sept. 1593 Cardinalis, imprimis operam dabat, ut reconciliaretur Henricus IV. cum Ecclesia (cf. infra d.). † 14. Sept. 1596.

*Petrus a Fonseca*, Lusitanus Corticadensis, nat. 1528, ingr. 17. Mart. 1548, lector philosophiæ Conimbricæ primus in prælectionibus tractavit „scientiam mediam“, quam postea ejus discipulus Molina amplius explicuit. † Ulyssipone 4. Nov. 1599.

**Ludovicus Molina**, nat. 1536 Cuençæ in Nova Castilia, ingr. 10. Aug. 1553, Conimbricæ auditor erat P. Fonseca et ipse lector theologiæ Eboræ per 20 annos. † Matriti 12. Oct. 1600.

**Gregorius a Valentia**, mense Martio 1551 natus Methymnæ campestri in Castilia, ingr. 23. Nov. 1565, docuit Romæ philosophiam, postea per 24 annos theologiam Dilingæ et Ingolstadii; factus lector theologiæ in C. Romano 1598, partem habuit in controversia „de auxiliis“. † Neapoli 25. Apr. 1603.

**Gabriel Vasquez**, nat. 1549 (1550 ?), ingr. cum esset annorum 18, docuit theologiam per 31 annos Romæ et in aliis urbibus. † 23. Sept. 1604.

**Franciscus Suaresius**, facile maximus Societatis theologus, nat. 5. Jan. 1548 Granatæ, per 3 annos Salamanticæ jurisprudentiæ studuerat. Cum minus aptus ad studia videretur, difficulter admissionem in Societatem obtinuit Salmanticæ 16. Jun. 1564. At mox cognitum est ingenium ejus splendidum; sacerdotio 1572 initiatus philosophiam et theologiam in diversis academiis Hispaniæ professus est; 1596 promotus in primam cathedram theologiæ dogmaticæ Conimbricensis, 1613 suo rogatu munere docendi liberatus, jam omnem operam impendebat scriptioni fertilissimæ et profundissimæ de rebus theologicis et philosophicis. † Ulyssipone 25. Sept. 1617.

Ven. **Robertus Bellarminus** (vide Theol. polemica 615).

**Leonardus Lessius** (Leys), nat. 1. Oct. 1554 Brechtii prope Antverpiam, 23. Jun. 1572 ingr., Duaci 7 annis docuit philosophiam, Romæ 1581 sub Suaresio theologiæ studii eamque ab anno 1585—1600 Lovanii professus est. † 15. Jan. 1623.

**Martinus Becanus** (vide Theologia polemica). † 22. Januarii 1624.

**Jacobus Granado**, nat. 1574 Gadibus, ingr. 1586, docuit philosophiam et theologiam, rector Collegii Granatensis † 5. Jan. 1632.

**Jacobus Ruiz de Montoya**, nat. 1562, philosophiam docuit Granatæ et per annos 20 theologiam Cordubæ et Hispani. Vixit annos 56 in Societate. † 15. Mart. 1632.

**Adamus Tanner**, Cœniponti nat. 1571, ingr. 1590, theologus facile princeps Societatis in Germania, theologiam professus Ingolstadii et Viennæ, postea cancellarius Universitatis Pragensis. † 25. Maj. 1632.

**Ægidius de Coninck**, nat. 20. Dec. 1571 Ballioli in Flandria, 15. Oct. 1592 ingr., auditor P. Lessii, docuit 18 annis theologiam Lovanii, ubi † 31. Maj. 1633.

**Joannes Martinez de Ripalda**, nat. 1594 Pampelunæ, ingr. 1609, lector philosophiæ et theologiæ Salmanticæ et Matriti, ubi † 26. Apr. 1648.

**Antonius Peresius**, nat. 1599 Ponteregina (Puente de la Reyna, dicec. Pampelunensis), ingr. 19. Mart. 1613; docuit theologiam Salmanticæ et Romæ — ob profunditatem dictus „theologus mirabilis“. † 27. Feb. vel 2. Mart. 1649.

**Franciscus Amicus** (Amici), Consentia 2. Apr. 1578 natus, ingr. 1596, per 24 annos professus est theologiam Aquilæ, Neapoli, Græcii, Viennæ. † Græcii 31. Januarii 1651.

**Petrus Hurtado de Mendoza**, nat. 1578, ingr. 12. Sept. 1595, per 30 annos professus theologiam scholasticam Salmanticæ. † Matriti 10. Nov. 1651.

**Dionysius Petavius** (vide Theol. positiva 616). † 11. Decembris 1652.

**Joannes de Dicastillo**, natione Hispanus, nat. Neapoli 1585, 1600 ingr., docuit per annos 25 theologiam Toleti, Murcia, Viennæ. † Ingolstadii 6. Mart. 1653.

**Joannes de Lugo**, nat. 25. Nov. 1583 Matriti, cum esset annorum 14 jam defendebat theses e philosophia, 6. Jul. 1603 ingressus Societatem, Vallisoleti docuit philosophiam et theologiam, 1621 professor theol. in Collegio Romano per 20 annos, 1643 ab Urbano VIII. Cardinalis creatus, non potuit ultimam manum imponere operibus suis theologicis. † 20. Aug. 1660.

**Joannes Martinonus**, nat. 1586 Brioude in Alvernia, 20. Mart. 1603 ingr. professus theologiam per annos 20 Burdigalæ, ubi † 5. Feb. 1662.

**Rodericus de Arriaga**, nat. 17. Jan. 1592 Logrunnii in Castilia ingr. 17. Sept. 1606, docuit philosophiam Vallisoleti, theologiam Salmanticæ et 1624—33 Pragæ, ubi postquam 13 annis Universitatis cancellarius fuit, † 7. Junii 1667.

**Martinus de Esparza Artieda**, 1606 natus Ezcarozii dicec. Pampelunensis, Jesuita ab anno 1621, professus est theologiam Vallisoleti, Salmanticæ, denique Romæ. P. Generalis eum nominaverat suum theologum et censorem librorum. † Romæ 21. Apr. 1689.

**Jacobus Platelius**, nat. 29. Dec. 1608 Bersetæ prope Insulas, Jesuita 4. Oct. 1628, docuit philosophiam et theologiam Duaci, factus est rector Collegii. † ib. 7. Jan. 1681.

**Dominicus Viva**, nat. 19. Oct. 1648 Liciis (Lecce) in Provincia Otranto, 12. Maj. 1663 Neapoli ingressus, 20 annis docuit theologiam, factusque 1711 rector Collegii Neapolitani; mortuus est Provincialis 5. Jul. 1726.

**Antonius Marius** (Mayr), Nesselwangii in Suevia 24. Oct. 1673 natus, studii vacavit Monachii, nomen dedit Societati 25. Mart. 1689, 3 annis philosophiam, dein 13 annis theologiam scholasticam professus Friburgi et Ingolstadii, factus est rector et magister novitiorum Landsbergæ. Per 19 ultimos vitæ annos præfectum studiorum egit Ingolstadii, ubi in odore viri religiosi perfectionis studiosissimi † 3. Jul. 1749.

**Henricus Küber**, 8. Mart. 1710 Moguntia natus, ingr. 11. Jul. 1728, creatus est lector humaniorum Wirceburgi et Heidelbergæ, dein philosophiam docuit, et per 22 annos theologiam Herbipoli. Suppressa Societate suscepit Seminarium Heidelbergense dirigendum, ubi † 25. Octobris 1783.

#### In restituta Societate.

**Jo. Ludovicus de Rozaven**, nat. Coriosopiti (Brit. minor) 9. Mart. 1772, ingr. 28. Mart. 1804 in Russia, Assistens Gallia 1820 oppugnabat errores abbatis Lammennais. † Romæ 2. Apr. 1851.

**Maria Angelus Chastel**, Prov. Francia, nat. 12. Februarii 1804, ingr. 17. Nov. 1827 solide refutavit traditionalismum et rationalismum. † Paris. 4. Feb. 1861.

*Joann. Perrone*, nat. 11. Mart. 1794, ingr. 10. Nov. 1815 (Rom.). † Castel Gandolfo 28. Aug. 1876.

*Jos. Kleutgen*, Tremonia nat. 9. Sept. 1811, ingr. 28. Apr. 1834, † 13. Jan. 1883 Kaltern (Tirol.).

**Card. Joan. B. Franzelin**, nat. 15. Apr. 1816, ingr. 27. Jul. 1834 (Austr.), † Romæ 11. Dec. 1886.

*Josephus de Bonniot*, nat. 20. Apr. 1831, ingr. 9. Aug. 1858, scripsit optima opera super quæstionibus nostro tempore præ ceteris discutis solitis de anima humana, de miraculis et factis supranaturalibus. † Parisiis 19. Novembris 1889.

**Ludovicus de San**, nat. 20. Nov. 1832, ingr. 11. Oct. 1851 (Belg.), † Lovanii 15. Dec. 1904. Juxta multos theologus maximus in restituta Societate.

**Dominicus Palmieri**, nat. 4. Jul. 1829, ingr. 6. Jun. 1852, † Romæ 25. Maj. 1909.

**Gulielmus Wilmers**, Bokæ (Buke) in Vestfalia, 30. Jan. 1817 natus, ingr. Brigæ 29. Sept. 1834, per annos 1854—69 (2 annis exceptis) docuit philosophiam et theologiam. Interfuit ut theologus Cardinalis Geissel concilio provinciali Coloniensi 1860 et 1869—70 Concilio Vaticano ut theologus Vicarii ap. Bombayensis. Celebrantur adhuc ejus „Manualia religionis“ (Lehrbuch der Religion; 4 tomi, 7 edit., et Kurzgefaßtes Handbuch d. kath. Religion, 4 ed.). Præterea scripsit opera apologetica. Obiit Ruremondæ 9. Maj. 1899.

## b. Theologia positiva et polemica.

**B. Petrus Canisius** hæresin oppugnavit non verbo tantum, sed etiam scriptis solidis. † 1597.

**Gregorius a Valentia** (vide Theol. scholast.). † 1603.

*Antonius Possevinus*, Mantuæ natus 1533, novembris 1559 ingr., in Sabaudia et postea per 10 annos in Gallia impugnator fortissimus hæreticorum, quos concionibus, scriptis, disputationibus confutavit. Anno 1573 secretarius P. Mercuriani factus, sed 5 annis post a Gregorio XIII. ad magnas expeditiones apostolicas missus est (vide ipsam synopsis). † Ferrariæ 26. Feb. 1611.

*Petrus Scarga* (vide Conciones). † 1612.

Ven. **Robertus Bellarminus**, natus 4. Oct. 1542 in Monte Politiano in Florentinis, 21. Sept. 1560 ingr., 1563—67 magister, dein studiosus theologiæ, docuit 1570 Lovanii, ubi composuit grammatice hebraicæ et opus „de Scriptoribus ecclesiasticis“. In collegio Romano per 11 annos legit de controversiis, factus postea rector ib., et Provincialis Neap., 1599 Cardinalis, 1603—5 Archiepiscopus Capuanus. Magna cum devotione adstitit Summo Pontifici in controversia cum republica Veneta et cum Jacobo rege Angliæ. † Romæ 17. Sept. 1621.

**Martinus Becanus** (Verbeeck vel van der Beeck), nat. 1561 in Hilverenbeeck in Brabantia septentrionali, 1583 ingr., docuit per 22 annos theologiam Herbipoli, Moguntia, denique Viennæ, ubi † 22. Jan. 1624.

**Ludovicus Richeôme**, nat. 1544 in Dinien-sium civitate (Digne), ingr. 25. Jul. 1565, bis Provincialis Lugdun. (1586 et 1605), semel Aquitanix, ab æqualibus „Cicero gallus“ appellatus, ingeniose defendit

fidem catholicam contra Calvinianos et Societatem contra inimicos. † 15. Sept. 1625.

**Jacobus Gretserus**, nat. 1562 Markdorfii (diœc. Constantiensis), 24. Oct. 1578 ingr., Ingolstadii 3 annis philosophiam docuit, 1592 cathedram P. Gregorii a Valentia obtinuit, cui 1605 renunciavit, ut totum scriptioni se daret. At iterum 1609—1615 theologiam et tum quidem morale professus est, strenuus per totam vitam oppugnator protestantismi. † Ingolstadii 28. Jan. 1625.

*Franciscus Garassus*, nat. 1584, ingr. 18. Oct. 1610, curam egit pestiferorum, apologeta infatigabilis et hinc inde nimis acerbus. † 14. Jun. 1631.

*Adamus Contzen*, nat. 1575 Monjoy in Julia, ingr. 1595, lector S. Scripturæ Moguntia, a Bellarmino magni æstimatus; sine intermissione pugnavit contra doctores Heidelbergenses. † Monachii 19. Jun. 1635.

*Petrus Pazmanus*, 4. Oct. 1570 natus in Grosswardein (Varadini majoris), anno ætatis 13. ex Calviniano catholicus et 1587 Jesuita. 21. Apr. 1616 cum licentia Pontificis ad Somascos se contulit, nec tamen apud ipsos intravit. 21. Nov. 1616 Archiepiscopus Strigoniensis (Gran), dotavit Universitatem Tyrnaviensem (Nagy-Szombat), fundavit Seminarium Pazmaneum Viennæ et creatus Cardinalis 19. Nov. 1629, † Posonii 19. Mart. 1637.

**Dionysius Petavius**, (Petau), nat. 21. Aug. 1583 Aureliani, ibidem jam canonicus, 15. Jun. 1605 Nancii ingr. est Societatem. Rhemis et in „la Flèche“ per multos annos docuit rhetoricam, unde præclaram linguarum notitiam acquisivit, et factus 1621 lector S. Scripturæ et theologiæ dogmaticæ Parisiis, in studia etiam chronologica et historica maximo cum successu incubuit, oppugnavit rigorismum et errores dogmaticos emergentis Jansenismi. Sed antequam magnum opus dogmaticum, in quo copiosa ejus scientia positiva latet, perficere posset † Parisiis 11. Dec. 1652.

*Laurentius Forerius*, Lucernæ natus 1580, ingr. 1600, professus est philosophiam 6 annis, theologiam morale 3, polemicam 6, complures annos erat cancellarius Academia Dilinganæ, dein Rector Lucernensis, scripsit multa opera contra protestantes. † Ratisbonæ 7. Jan. 1659.

**Theophilus Raynaud**, nat. 1587, ingr. 1602 (Pr. Lgd.), theologus eruditus, impiger at mordax defensor veritatis. † Lugduni 31. Oct. 1663.

*Franciscus Annatus*, nat. 5. Feb. 1590 in Estaing prope Annat (Aveyron), ingr. 16. Feb. 1607, docuit 6 annis philosophiam et 7 theologiam Tolosæ et muneribus rectoris, Assistentis Gallix, et Provincialis functus est. Ab anno 1654—70 confessarius erat Ludovici XIV., unus ex acerrimis Jansenistarum adversariis. † Parisiis 14. Jun. 1670.

*Joannes Ferrerius*, nat. 20. Jan. 1614, ingr. 22. Apr. 1632, confessarius Ludovici XIV. 1670, anno 1663 accepit mandatam tractandi pacem cum capitibus Jansenistarum. Non erat ejus culpa, quod conferentiæ carebant successu. † 29. Oct. 1674.

*Vitus Erbermannus*, nat. 25. Maj. 1597 in Rentweinsdorf (diœc. Bamberg.) a parentibus lutheranis. Con-versus et Societatem 30. Maj. 1620 ingressus docuit phi-

losophiam per 3 et theologiam scholasticam per 16 annos Moguntiae et Herbipoli, item 5 annis theologiam moralem et 3 controversias; Seminarii Fuldensis director erat 7 annis, protestantes multis scriptis confutavit. † Moguntiae 8. Apr. 1675.

*Carolus Sardagna*, nat. 10. Jan. 1731 Tridenti, admissus 23. Oct. 1746 in Provincia Germ. Sup., professor Friburgi in Brisgovia, Ratisbonae et Lucernae. † Ratisbonae 22. Aug. 1775.

*Bernardus Meynier*, nat. 16. Jul. 1604, ingr. 8. Maj. 1625, fervens missionarius et fertilis scriptor controversiarum. † 12. Dec. 1682.

*Joannes Adam*, nat. 1608, ingr. 1622, praedicator et apologeta, convertit multos protestantes. † 12. Maj. 1684.

*Steph. Agard. de Champs*, nat. 1613, ingr. 1630 (Franc.), inter primos novit artem nudandi callidas Jansenistarum doctrinas (De haeresi janseniana). † Paris. 31. Jul. 1701.

*Jo. Jac. Scheffmacher*, nat. in Alsatia 1668, ingr. 1685, lector controversiarum, reduxit multos lutheranos ad Ecclesiam. † 18. Aug. 1733.

*Jac. Philippus Lallemant*, nat. 1660, ingr. 1677 (Franc.), ingeniose et cum successu oppugnavit Jansenismum Quesnelii. † 24. Aug. 1748.

*Lud. Patouillet*, nat. 1699, ingr. 1715, oppugnabat Jansenistas et philosophos saeculi 18. † Avenione 1779.

*Claud. Adrianus Nonnotte*, nat. 1711, ingr. 7. Sept. 1730, defendebat religionem contra incredulos, speciatim contra Voltaire. † Vesontione 3. Sept. 1793.

**Gul. Franc. Berthier**, nat. 7. Apr. 1704, ingr. 24. Oct. 1722, dirigebat opus „Mémoires de Trévoux“, ubi praecclare respondet objectionibus encyclopaedistarum contra religionem; continuavit *historiam Ecclesiae Gallicanae* † Biturigibus 15. Dec. 1782.

**Augustinus de Barruel**, nat. 2. Oct. 1741, ingr. 15. Oct. 1756, et iterum in novam Soc. 1815; theol. polemicus, ingeniosus in indagandis machinationibus societatum antichristianarum rebellionis gallicae. † Parisiis 5. Octobris 1820.

#### In restituta Societate.

**Jo. Xaverius Gagarin**, e stirpe nobili russa, natus Moscuæ 1. Aug. 1814, catholicus 1842, admissus in Soc. 12. Aug. 1843, scriptis suis id imprimis intendit, ut Russia ad Ecclesiam catholicam propius accederet; et cum *Carolo Daniel* cepit edere commentarios „Etudes religieuses“ 1856. † Parisiis 19. Jul. 1882.

#### c. Theologia moralis (cf. Theol. scholastica).

**Joannes Azor**, nat. Lorcae in Hispania, 1559 ingressus, professus est philosophiam et theologiam in diversis urbibus, denique Romae, ubi † 19. Feb. 1603.

**Thomas Sanchez**, Cordubae natus 1550, ingressus 1567, copiosa excellebat scientia juris et theologiae moralis, magister novitiorum Granatae. † 19. Maj. 1610.

**Joannes de Salas**, natus 3. Dec. 1553 in Gumiel de Yzan (dioc. Osmensis), Jesuita 7. Sept. 1569, philosophiam docuit Segoviae, theologiam per multos annos in diversis urbibus, P. Aquavivae judicio unus e doctissimis in S. J. † 20. Sept. 1612.

**Paulus Filiuci**, Senis natus 1566, 1584 ingr., professus philosophiam et mathematicam, dein per annos 10 theologiam moralem Romae, ubi † 5. Apr. 1622.

**Valerius Reginaldus** (Regnault), natus 1545 in dicecesi Vesontina (Besançon), 1573 ingr., docuit Burdigalae 12 annis philosophiam et 20 annis theologiam moralem Mussiponte, Parisiis, Dolae. Juxta S. Alphonsum Ligoriun numeratur inter auctores classicos, et SS. Carolus Borromeus et Franciscus Salesius eum clero suo commendavere. † 15. Mart. 1623.

**Paulus Comitulus**, nat. 1544 Perusinus, ingr. 1559, professor humaniorum et theologiae moralis, probabiliorista. † Perusiae 18. Feb. 1626.

**Ferdinandus Castropalaus** Leonensis Hispanus, nat. 1581, 1596 ingressus, docuit philosophiam Vallisoleti, theologiam Compostellae et Salmanticae. Rector Methymensis † 1. Dec. 1633.

**Joannes Praepositus** (Prevost), Atrebatensis, nat. 18. Mart. 1570, novitius 24. Apr. 1592, professus est philosophiam annis 4, 16 theologiam partim Lovanii partim Duaci. † anno aetatis 63. 8. Jun. 1634.

**Paulus Laymann**, Ceniponti natus 1576, ingr. 1594, lector philosophiae per 6, theologiae moralis per 16, juris canonici per 7 annos, Ingolstadii, Monachii, Dilingae. † peste Constantiae 13. Nov. 1635.

**Ludovicus Turrianus** (Torres) Complutensis, 1582 annos 20 natus Jesuita, professus est per 40 annos philosophiam theologiamque scholasticam cum magna laude cum alibi tum Compluti. † Matriti 13. Feb. 1655.

**Franciscus de Oviedo**, 1602 natus Matriti, admissus 1618, docuit Oropesae et Compluti philosophiam, ibidemque et Matriti theologiam moralem et scholasticam. † 9. Feb. 1651.

**Nicolaus Baldellus**, Cortonae natus 1573, ingr. 1589, lector philosophiae 10 annis, theologiae moralis 6, dogmaticae Romae 4 annis. † Cortonae 16. Dec. 1655.

**Hermannus Busebaum**, 1600 natus in Notuln, Guestfaliae, in S. J. ab anno 1619, docuit philosophiam, theologiam dogmaticam et moralem. Ipsius opus principale „Medulla theologiae moralis 1650“ saepius quam ducenties impressum est. † Rector C. Monasteriensis 31. Jan. 1668.

**Antonius Escobar y Mendoza**, Vallisoleti natus 1589, ingr. 1604. Operibus ejus abutebatur Pascal ad calumniandum theologiam moralem Jesuitarum. † Vallisoleti 4. Jul. 1669.

**Thomas Tamburini**, nat. 6. Mart. 1591 Caltanisettae in Sicilia, novitius 21. Sept. 1606, professus est philosophiam 4, theologiam dogmaticam 7, moralem 17 annis. † Panormi 10. Oct. 1675.

**Antonius Terillus** (Bonvill), natus 1623 Dorcestriae Angliae, admissus 20. Jun. 1647, lector philosophiae et theologiae dogmaticae, acer erat defensor Probabilismi, qui isto tempore vehementer oppugnabatur, et scripsit contra P. Michaelem de Elizaldo († 1678, qui sub nomine Antonii Calladei scripto suo „de recta doctrina morum“ conabatur destruere Probabilismum) opus, quod inscribitur „Regula morum“. Huic praecesserat „Fundamentum totius theologiae moralis (1668). † Leodii 11. Octobris 1676.

*Georgius Gobat*, 1. Jul. 1600 in Charmoille (Pruntunsi) natus, ingr. 1. Jun. 1618, docuit theologiam, ut rector gubernavit C. Halense et Friburgense (Helv.). † Constantiæ 23. Mart. 1679.

*Joannes Cardenas* Hispalensis, 14 annos natus intravit Societatem 1627; scripsit de theol. morali. † Hispali 6. Jun. 1684.

*Honoratus Fabri*, nat. 1607, ingr. 1626, pœnitentiarius Romæ ad S. Petrum per 28 annos et theologus S. Pœnitentiariæ, acerrimus (aliquoties inde ultra modum) defensor doctrinæ moralis in conferentiis. † Romæ 8. Mart. 1688.

*Claudius Lacroix*, 7. Apr. 1652 Dalhemii (Luxemburgensis) natus, ingressus Treviris 9. Maj. 1673, docuit Coloniae et Monasterii. † 1. vel 2. Jun. 1714.

*Petrus Catalanius*, natus 4. Jul. 1658 Buceherelæ in Sicilia, ingressus 17. Nov. 1680, professus est litteras humaniores, philosophiam et theologiam moralem. † Parnormi 12. Feb. 1732.

*Paulus Gabriel Antoine*, Lunavillæ natus 1679, 1694 ingr. † Mussiponte 22. Jan. 1743.

*Nicolaus Mazzotta*, Licis (Lecce) natus 11. Oct. 1669, in S. J. ab anno 1690 10. Jun., lector rhetoricæ, philosophiæ et theologiæ moralis. † 21. Jan. 1737.

*Joannes Reuter*, 13. Oct. 1680 in comitatu Luxemburgensi natus, admissus 22. Maj. 1706, docuit humaniora, philosophiam, denique 8 annis theologiam moralem Treviris, ubi † 21. Jan. 1752.

*Edmundus Voit*, nat. 27. Sept. 1707 Neostadii (Neustadt) ad Salam, ingr. 11. Jul. 1727, lector theologiæ moralis Herbipoli, rector novitiatus Moguntini et 21. Mart. 1771 Provincialis Rheni Superioris. † 29. Oct. 1780.

#### In restituta Societate.

*Joannes Petrus Gury*, nat. 23. Jan. 1801, ingr. 22. Aug. 1824, professor in Vals, mortuus in Merceur, dum prædicabat missionem † 18. Apr. 1866.

*Antonius Ballerini*, nat. Bononiæ 10. Oct. 1805, ingr. 13. Oct. 1826 (Romæ). † Romæ 27. Nov. 1881.

#### d. Interpretatio Sacræ Scripturæ.

*Joannes Maldonatus*, natus 1534 Domibus reginæ (Las casas de la Reina) in Estremadura, 10. Aug. 1562 ingressus Romæ, ab a. 1563 lector theologiæ Parisiis, denique a Gregorio XIII. Romam vocatus est, ut operam suam conferret in novam editionem Septuaginta interpretum. Optimum ejus opus est Interpretatio 4 Evangeliorum. † Romæ 5. Jan. 1583.

*Alphonsus Salmeron*, Toleti natus 8. Sept. 1515, unus ex primis S. Ignatii sociis. Scripsit in 16 tomis interpretationem novi testamenti magis ad formam theologiæ biblicæ. † Neapoli 13. Feb. 1585.

*Franciscus de Ribera*, nat. 1537 Villacastini in Castilia, ingr. 1537 sacerdos 30 annos natus, docuit exegesis Salmanticæ 16 annis, confessarius S. Theresiæ. Eminent ejus Commentarius in 12 prophetas minores. † Salmanticæ annos 54 natus 24. Nov. 1591.

*Hieronimus Prado*, natus 1547 Baezæ in Hispania, novitius 1572, Cordubæ per annos 16 explicabat S. Scripturam. Cum P. Villalpando operam conferebat in interpretationes Prophetæ Ezechielis † Romæ 23. Jan. 1595.

*Franciscus Toletus* (vid. Theol. scholast.), a Gregorio XIV. consultor Congregationis pro emendatione Vulgatæ creatus est, et Clemens VIII. eandem rem curandam ipsi fere totam commisit. Reliquit commentarios in Evangelium S. Joannis, in 12 capitula Evangelii S. Lucæ et in epistolam S. Pauli ad Romanos. † 14. Septembris 1596.

*Emmanuel Sa*, nat. 1530 in Lusitania, S. J. 7. Apr. 1545, studuit literis Conimbricæ, docuit ibidem, Gandiæ et Compluti philosophiam; dein Romæ professus est S. Script. et a Sixto V. in emendanda Vulgata occupatus; fundavit complures domos in superiore Italia. † Aronæ 30. Dec. 1596.

*Martinus Antonius Delrio*, natus Antverpiæ 1551, Salmanticæ doctor 1574, postea Vicecancellarius et procurator generalis in consilio Brabantiae, 1580 ingressus Societatem, lector erat Sacræ Scripturæ Duaci, Salmanticæ, aliis in locis. † Lovanii 19. Oct. 1608.

*Jo. B. Villalpandus* Cordubensis, nat. 1552 aut 1555, habilis architectus, ingr. 10. Aug. 1575. Ipsius et Patris Pradonis nomine prodierunt Interpretationes Ezechielis prophetæ. † Romæ 22. Maj. 1608.

*Nicolaus Serarius*, 5. Dec. 1555 natus in pago Lotharingiæ Rambervillers, ingr. 3. Mart. 1573, docuit Herbipoli philosophiam et theologiam, et per 20 fere annos lector fuit S. Scripturæ Herbipoli et Moguntiae. Scripsit „Prolegomena biblica et commentaria in omnes epistolas canonicas“, interpretatus est libros aliquot V. Testamenti, complura conscripsit historiam ecclesiasticam Moguntiae illustrantia. † ibidem 29. aut 30. Maj. 1609.

*Benedictus Pererius*, (Pereira), natus circa 1535 Ruzafæ prope Valentiam, novitius 1552, docuit philosophiam, theologiam et exegesis. Inter alia notatu sunt dignæ ipsius interpretationes Geneseos et Danielis prophetæ. † Romæ 6. Mart. 1610.

*Ludovicus Alcazar*, 1554 Hispali natus, ingr. 1569, lector philosophiæ et per amplius 20 annos S. Scripturæ Cordubæ et Hispali interpres. Laudatur ipsius commentarius in Apocalypsin. † 16. Jun. 1613.

Ven. *Robertus Bellarminus*, (vide Theol. polem.). Sub Gregorio XIV. et Clemente VIII. videtur habuisse maximam partem in emendanda Vulgata. Mortuo Toletus a Clemente VIII. Romam vocatus est, ut isti succederet. † 17. Sept. 1621.

*Benedictus Justiniani* (Giustiniani), natus Genuæ 1550, ingr. 1567 Romæ, docuit rhetoricam et theologiam Tolosæ, Messanæ, Romæ, fuit theologus Cardinalis legati Cajetani in Polonia. Magni fit ejus interpretatio epistolarum S. Pauli. † Romæ 19. Dec. 1622.

*Gasparus Sanctius* (Sancio vel Sanchez), 1554 natus Centum Fontibus in Castilia (Cienpoqueños), ingr. 22. Feb. 1571, docuit multis annis humaniora, et S. Scripturam explicuit Compluti et in aliis cathedris, scripsit commentarios in multos libros Vet. Testamenti. † Matriti 16. Novembris 1628.

*Jacobus Tirinus*, natus 16. Sept. 1580 Antverpiæ, S. J. 13. Mart. 1600, primus Rector domus professæ Antverpiensis, ubi † 14. Jul. 1636.

**Cornelius a Lapide** (van den Steen), 18. Dec. 1567 Borcholtii in campo Leodiensi natus, Societati nomen dedit 11. Jul. 1592. Lector S. Scripturæ Lovanii et Romæ. Interpretatus est totam Bibliam exceptis psalmis et libro Job. † 12. Mart. 1637.

**Joannes de Pineda**, nat. Hispali 1558, ingr. 1572, jam priusquam sacerdotio initiari ponet Granatæ philosophiam, sacerdos theologiam et per 18 annos S. Scripturam professus est Cordubæ, Hispali, Matriti. Interpretatio libri Job est opus ejus optimum, quod etiam hodie magni æstimatur a protestantibus. † 27. Jan. 1637.

**Jacobus Bonfrerius** (Bonfrere), Dionanti natus 12. Apr. 1573, ingr. 14. Dec. 1592, lector philosophiæ et theologiæ Duaci, imprimis scripsit de V. Testamento et „Onomasticon urbium et locorum S. Scripturæ“. † Tornaci 9. Maj. 1642.

*Jo. Stephanus Menochius*, nat. 1575 Patavii, ingr. 25. Maj. 1594, docuit S. Scripturam et theologiam moralem, Romæ fuit rector Collegii, Povicialis, Assistens Italiæ et admonitor Generalis. † 4. Feb. 1655.

*Renatus Jos. de Tournemine*, nat. 1661, ingr. 1680, præter multas doctas commentationes in „Mémoires de Trevoux“, edidit dissertationes de chronologia historiæ sacræ. † Parisiis 16. Maj. 1739.

#### In restituta Societate.

**Franc. Xav. Patrizi**, nat. Romæ 19. Jun. 1797, ingr. 12. Nov. 1814 (Rom.). Per multos annos præclare docuit scientiam sacrarum Scripturarum tum Lovanii, tum Romæ et edidit commentarios in sacros libros. † Romæ 23. Apr. 1881.

**Rudolphus Cornely**, 19. Apr. 1830 natus Breyelii, ingr. 15. Oct. 1852; studuit linguis orientalibus in Syria, Ægypto, Parisiis, explicavit S. Scripturam Mariæ ad Lacum et Romæ (1868—89), incitavit socios ad scribendum, cum ipso suasore et cooperatore edi cœpti sunt commentarii periodici „Stimmen aus Maria-Laach“ et „Die kath. Missionen“, scriptor optimus et indefessus, cui debentur „Introductio in S. Scripturam“ 1897 et alii commentarii in „Cursu S. Scripturæ“. † Treviris 3. Mart. 1908.

**Josephus Knabenbauer**, nat. Deggendorffii 19. Mart. 1839, admissus 27. Sept. 1857; ab anno 1873 lector S. Scripturæ (uno anno excepto) usque ad mortem. Præter multas commentationes in „Stimmen aus Maria-Laach“, scripsit et edidit commentarios in lib. Job, in Prophetas minores, in Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, Baruch, in 4 Evangelia et Actus; commentarii in Psalmos et ad Thessalonicenses, quos moriens absolutos reliquit, prodeunt postumi. † Trajecti ad Mosam 12. Nov. 1911.

#### e. Jus canonicum.

**Paulus Laymann** (vide Theol. mor.).

**Ernricus (Ehrenreich) Pirhing**, natus 12. Apr. 1606 Sigerti in Bavaria, ultimus antiquæ stirpis, studiis utriusque juris omni cum laude absolutis, Societatem ingressus

est 24. Mart. 1628. Docuit philosophiam, theologiam moralem et jus canonicum Dilingæ, item sacram interpretatus est Scripturam et 10 annis Eystadii concionatoris officio functus, cujus maximum opus est tomus in folio: „Jus canonicum“. † 15. Sept. 1679.

*Petrus Leurenus*, 13. Aug. 1646 Colonia natus, ingr. Treviris 13. Apr. 1663, Colonia lector erat philosophiæ, matheseos, theologiæ scholasticæ et juris canonici. † Confluentiæ 16. Nov. 1723.

*Hunoldus Plettenbergius*, Guestfalus, nat. 20. Maj. 1632, admissus 30. Jun. 1658, notus canonista sæculi 17. † Hildesii 12. aut 23. Jul. 1696.

**Jacobus Wiestner**, natus 28. Mart. 1640 Feldkirchii, admissus 4. Aug. 1659, 20 annis Ingolstadii jus canonicum docuit, et cum anno 1770 Monachium se recepisset, elaboravit opera digna, quæ vel ab ipso Benedicto XIV. citentur. Ipsius „Jus canonicum“ in 5 voluminibus prodit 1705. † 19. Nov. 1709.

*Josephus Vogler*, natus 24. Feb. 1661 Maringiæ (Mäh- ringen) in Suevia, ingr. 7. Sept. 1676, docuit Ingolstadii et Monachii rhetoricam, philosophiam et theologiam. † 23. Jun. 1708.

**Franciscus Schmalzgrueber**, 9. Oct. 1663 Griesbachii natus, in S. J. receptus 2. Oct. 1679, lector juris canonici Ingolstadii et Dilingæ. Etiamnum Romæ principatum inter auctores obtinet. † 7. Nov. 1735.

*Guido Pichler*, natus 24. Maj. 1670 in Grossberghofen (diœc. Frisingensis), ingr. sacerdos 28. Sept. 1696, docuit jus canonicum Dilingæ et Ingolstadii, postea 1731 operarius Monachii, ubi † 15. Feb. 1736.

*Josephus Biner*, Gluringæ in Vallesia 1697 natus, 1715 ingr., annis 11 docuit philosophiam et theol. scholasticam, dein per 16 annos jus canonicum Æniponti, Dilingæ, Ambergæ; † Rottenburgi 24. Mart. 1766.

*Jacobus Antonius Zallinger*, Bolzani nat. 26. Jul. 1735, admissus 9. Oct. 1753, 1773 Rector constitutus est Lycei ad S. Salvatoris Augustæ Vindelicorum, ubi magna cum laude per 20 annos docebat jus canonicum sicut antea Monachii, Tridenti, Dilingæ, Æniponti. † in urbe patria 11. Jan. 1813.

#### f. Historia ecclesiastica ejusque scientiæ auxiliaries.

**Frontonus du Duc**, nat. 1558 Burdigalæ, 12. Oct. 1577 ingr., ab a. 1578 8 annis rhetoricam docuit, 7 S. Scripturam interpretatus est. Peritissimus erat sanctorum Patrum et apprime gnarus antiquitatum ecclesiasticarum. † Parisiis 25. Sept. 1624.

**Jacobus Gretserus** (vide theol. polem.). † 1625.

*Balthasar Corderus* (Cordier), Antverpiæ 7. Jun. 1592 natus, 31. Jan. 1612 in S. J., optime meruit de exegesi et scientia *patristica*, docuit 8 annis theologiam moralem, dein S. Scripturam Vindobonæ. † in itinere versus Romam 24. Jun. 1650.

**Jacobus Sirmundus**, Riomi in Gallia natus 1559, admissus 26. Jul. 1576, docuit litteras humaniores Parisiis auditores, in quibus erat S. Franciscus Salesius, quo tempore classicum sermonis genus sibi comparavit.

Postquam ab anno 1590 per 18 annos secretarium egit Patris Aquavivæ, revertit 1608 in Galliam, ubi 1637—1643 erat confessarius Ludovici XIII.; multorum Ecclesiæ Patrum opera inedita imprimenda curavit, et usque ad mortem scriptioni incubuit. † Parisiis 7. Oct. 1651.

**Joannes Bollandus**, natus 13. Aug. 1596 Juliomonte in ditione Leodiensi, ingr. 21. Sept. 1612, cœpit conscribere „Acta Sanctorum“, quæ jam cum Rossweydio († 1629) meditatatus fuerat, viditque prodire 5 prima volumina. † Antverpiæ 12. Sept. 1665.

Hunc ut hagiographi secuti sunt (præter Papebrochium, v. infra) ex celebrioribus hi quatuor:

**Godefridus Henschenius**, nat. Venray 21. Jan. 1601, ingr. Mechliniæ 22. Nov. 1619, socius Bollandi. † Antverpiæ 11. Sept. 1681.

**Guilielmus Cuypers** (Cuypers), nat. Antverpiæ 1. Maj. 1686, ingr. 31. Jul. 1704. Petiit missionem in Indias, sed jussus fuit continuare Acta Sanctorum. † Antverpiæ 2. Februarii 1741.

**Joannes Stillingus**, nat. Doerwijck 24. Feb. 1703, ingr. 30. Sept. 1722 (Belg.), Bollandista ex lectore humaniorum. † Antverpia 28. Feb. 1762.

**Josephus Ghesquière**, nat. Cortrace 27. Feb. 1731, ingr. 16. Oct. 1750 (Belg.), Bollandista et socius P. Clé in componendo „Museo historiographico“. † Essendiæ in Geldria 23. Jan. 1802.

**Philippus Labbeus** (Labbe), 10. Jul. 1607 Biturigibus natus, ingr. 28. Sept. 1623, docuit rhetoricam, philosophiam, 5 annis theologiam, scriptor deinde in genere positivo theologiæ, † Parisiis 17. Mart. 1667. Hunc in „Conciliis“ edendis adjuvit Gabriel Cossart.

**Sforza Pallavicinus**, Romæ natus 28. Nov. 1607, juris studio et, magistro Lugone, theologiæ incubuit in C. Romano, 1628 doctor theologiæ, 1630 sacerdos et prælatus pluribus Congregationibus adscriptus fuit. 21. Jun. 1637 ingressus Societatem et 1639 factus lector philosophiæ, successit Patri Lugoni creato Cardinali in cathedram, ipse quoque 1659 ab Alexandro VII. dignitate cardinalitia insignitus. Auctor est „Historiæ concilii Tridentini“. † 5. Jun. 1667.

**Joannes Garnierus**, 11. Nov. 1612 natus Parisiis, in S. J. 15. Oct. 1628, lector theologiæ per annos 30. Edidit non paucos scriptores antiquos quibus addidit commentarios præclaros. † Bononiæ 26. Oct. 1681.

**Petrus Possinus** (Poussines), nat. 1609, ingr. 7. Jul. 1624, multa opera Patrum græcorum et scriptorum byzantinorum edidit, operam impendit etiam in historiam S. J. † Tolosæ 2. Feb. 1686.

**Renatus Rapin**, nat. 3. Nov. 1621, ingr. 22. Oct. 1639, poeta latinus, bene scripsit historiam Jansenismi, quæ hoc demum nostro tempore edita est. † Parisiis 27. Octobris 1687.

**Daniel Papebrochius**, nat. Antverpiæ 17. Mart. 1628, 24. Oct. 1646 ingr., prospere docuit litteras humaniores et philosophiam. Ab anno 1660 erat inter Bollandistas facile princeps. † 28. Jun. 1714.

**Joannes Hardouinus**, Coriosopiti natus 23. Dec. 1646, Jesuita 25. Sept. 1660, notus *Collectione Conciliorum* a Schneemann continuata. † 3. Sept. 1729.

**Jacobus Longueval**, nat. 18. Mart. 1680, admissus 17. Sept. 1699, rogatus a clero Galliæ scripsit priora 8 volumina Historiæ Ecclesiæ gallicanæ, quæ dein continuata est usque ad 18. volumen a Petro Claudio Fontenai (n. 1683, ingr. 1698, † 1742), Petro Brumoy (n. 1688, ingr. 1704, † 1742) et G. Fr. Berthier (cf. supra). † Parisiis 14. Jan. 1735.

**Josephus Hartzheim**, ortus 11. Jan. 1694 Coloniae, ingr. 3. Maj. 1712, docuit humaniora, linguas orientales, philosophiam et theologiam. Edidit commentarios in S. Script., Biblioth. Coloniensem, Concilia Germaniæ et alia. Obiit Coloniae 17. Jan. 1763.

**Franciscus Antonius Zaccaria**, 27. Mart. 1714 Venediis natus, 18. Oct. 1731 in provinciam Austriæ ingr., docuit Goritiæ, sed mox vocatur Romam. 1745 successit Muratorio custos bibliothecæ ducalis Mutinensis. Ipse celebre opus scripsit contra Febronium. Suppressa Societate Romam se recepit et docuit in „Sapientia“, mortuus 10. Oct. 1795.

**Alphonsus Muzzarellus**, Ferrariæ natus 22. Aug. 1749, 20. Oct. 1768 ingr. Bononiæ, ibidem et Imolæ docuit, suppressa Societate rexit C. nobilium Parmense. A Pio VII. nominatus theologus pœnitentiariæ. Deportatus a Gallis, Parisiis obiit 25. Maj. 1813.

#### In restituta Societate.

**Victor de Buck**, *Bollandistæ*, nat. 24. Apr. 1817, ingr. 11. Oct. 1835. † Bruxellis 23. Maj. 1876.

**Carolus de Smedt**, nat. 6. Apr. 1833, ingr. 13. Nov. 1851. † Bruxellis 4. Mart. 1911.

**Jo. Martinov**, nat. in Russia 7. Oct. 1821, postea catholicus, Jesuita 18. Sept. 1845, scripsit de sanctis græco-slavis. † Cannis 26. Apr. 1894.

### g. Historia Societatis.

#### *Historia generalis.*

**Nicolaus Orlandinus**, nat. 1554, admissus 7. Nov. 1572, scripsit partem I. historiæ S. J. Defunctus est Romæ 17. Maj. 1606.

**Franciscus Sacchinus**, natus 10. Nov. 1570 Paciani prope Pelusium, Jesuita 8. Oct. 1588, opus Orlandini continuavit scribendo Partes II.—V. Tom. I. † Romæ 16. Dec. 1625. Supplementum de missionibus extrâ Europam in Parte V. Tom. I. debetur Possino.

**Josephus Juvencius**, 14. Sept. 1643 Parisiis natus, 1. Sept. 1659 in S. J., lector rhetoricæ in diversis C., Romam denique vocatus. Scripsit II Tom. partis V. historiæ S. J. Laudatur ut humanista et editor scriptorum veterum expunctis locis lascivis. † 29. Maj. 1719.

**Julius Cæsar Cordara**, nat. 16. Dec. 1704 Alexandriæ in Italia, 20. Dec. 1718 Jesuita, magister Viterbii, et 1742 historiographus Societatis. Scripsit latine historiæ partem VI., i. e. res gestas sub Mutio Vitellescho 2 Tomis (1750 et 1859). † 6 Mart. 1785.

*Daniel Bartoli* et ipse bene scripsit lingua italica historiam Societatis. † 12. Jan. 1685.

#### *Historia particularis.*

*Balthasar Tellez*, nat. 11. Jan. 1596, Jesuita 24. Mart. 1610 (lusitane) scripsit „Chronicon Prov. Lusitaniæ“ tempore Simonis Rodriguez et edidit P. Emmanuelis d'Almeyda historiam Æthiopiæ. † Ulyssipone 4. vel 19. Aprilis 1675.

*Antonius Franco*, nat. 1662, ingr. 26. Jul. 1677, † Eboræ 3. Mart. 1732. „Synopsis annalium S. J. in Lusitania 1540—1725“.

*Ignatius Agricola* († 23. Jan. 1729), *Adamus Flotto* († 21. Aug. 1744), *Fr. Xaver. Kropf* († 22. Jun. 1746) scripserunt Historiam Pr. Germaniæ Sup. 1541—1640.

*Fridericus de Reiffenberg* († 25. Oct. 1764) Historiam Pr. Germaniæ Inferioris. Coloniae 1764.

*Joannes Schmidl*, nat. 22. Dec. 1693, admissus 9. Oct. 1710, Historiam Pr. Bohemiæ a. 1555—1653. 5 vol. † Pragæ 13. Mart. 1762.

*Antonius Socher*, nat. 5. Sept. 1694, novitius 10. Octobris 1711: „Historiam Pr. Austriæ“ 1540—1590. 1 vol. † Viennæ 18. Mart. 1771.

*Stanislaus Rostowski*, nat. 13. Nov. 1711, admissus 5. Jul. 1726. „Lithuanicarum S. J. historiarum“ II. 10. 1768. 1792. et recognoscente P. Joe Martinov († 26. Apr. 1894) 1877. † 25. Feb. 1784.

#### De Missionibus scripsere

*Petrus de Jarric*, nat. Tolosæ 1566, ingr. 8. Dec. 1582: Hist. missionum Assistentiæ Lusitaniæ. † 28. Febr. 1618.

*Carolus le Gobien*, nat. 1653, ingr. 1671, cœpit 1702 in lucem dare „Lettres édifiantes ... écrites des Missions Etrangères par quelques missionnaires de la Cie de Jésus“; quod opus continuatum est usque ad suppressionem S. J. (34 vol.). † Parisiis 5. Mart. 1708.

*J. B. du Halde*, nat. Parisiis 1674, ingr. 1692, post P. Gobien direxit istarum epistolarum publicationem, et edidit juxta scripta missionariorum „Description de la Chine“ (3 vol. cum mappis per missionarios delineatis). † Paris. 18. Aug. 1743.

*Josephus Stöcklein*, nat. 1676, ingr. 1700, descripsit Missiones in „Der Neue Weltbott“ 1728—1761 (38 tom.). † 28. Dec. 1733.

*Petrus Fr. Xav. de Charlevoix*, nat. 1682, ingr. 1698: scripsit de missionibus Japoniæ, Paraquariæ etc. † Fle-xiii 1. Feb. 1761.

#### In restituta Societate.

*Achilles Guidée*, nat. Ambiani 1792, ingr. 1814, scripsit hist. PP. Fidei, PP. SS. Cordis, et initia novæ S. J. in Gallia. † Ambiani 13. Jan. 1866.

*Joannes M. Prat*, nat. 1809, ingr. 1830, de primo sæculo S. J. in Gallia. † Lugd. 22. Nov. 1891.

*Augustus Carayon*, nat. 1813, ingr. 1841, edidit documenta historiæ et bibliographiam historiam S. J. † Pic-tavii 15. Maj. 1874.

*Elesban de Guilhermy*, nat. Parisiis 1818, ingr. 1836, composuit Menologium totius S. J. 14 vol. † Parisiis 6. Aug. 1884.

*Augustinus de Backer* († 1. Dec. 1873) et *Aloysius de Backer* († 7. Apr. 1883) ediderunt „Bibliothèque des écrivains de la Cie, de Jésus“, 1. edit. 1853—1861 2. edit. 1872—1876. Al. de Backer et

*Carolus Sommervogel* (nat. Argentorati 1834, ingr. 1853), qui 3. editionem præclarissimam curavit, impressam 1890—1902 in 10 vol. 4. gr. † Parisiis 4. Maj. 1902.

*Stanisl. Zalenski*, nat. 11. Sept. 1843, ingr. 15. Nov. 1857. Scripsit: Historiam S. J. in Polonia 1555—1905 (polonice) 1896—1906. 11 vol. et „Jesuitæ in Russia alba“ (polonice-gall. et ital. 1888). † Neo Sandeciæ 23. Aug. 1908.

#### h. Historia profana.

*Joannes Mariana*, nat. 1536 Talaveræ, ingr. 1. Jan. 1554, docuit 1561 Romæ, 1565 in Sicilia, 1569—1574 theologiam Parisiis, dein rediit in Hispaniam. Opus præcipuum: Historia Hispaniæ libris 30, latine et hispanice, a temporibus antiquis usque 1612. † Toleti 16. Feb. 1624.

*Famianus Strada*, 1572 Romæ natus, ingr. 8. Sept. 1591. Opus præcipuum: Historia belli belgici (lingua optime latina, exploratis diligenter fontibus). † Romæ 6. Sept. 1649.

*Aloysius Boleslaus Balbinus*, nat. 1621 Regino græcii, 1636 admissus, historiographus Bohemus. † Pragæ 29. Novembris 1688.

*Gabriel Daniel*, 8. Feb. 1649 natus Rotomagi, novitius 16. Feb. 1667, factus bibliothecarius, historiographus regius, scripsit historiam Galliæ. † 23. Jun. 1728.

*Gul. Hyac. Bougeant*: Historia pacis Guestfaliensis (cf. supra Katech.). † 1743.

*Henricus Griffet*, nat. 1698, ingr. 1712: hist. regni Ludovici XIII. et alia opera. † Bruxellis 22. Feb. 1771.

*Gabriel Brotier*, nat. 1723, ingr. 1740, doctus editor Taciti et Plinii. † Paris. 12. Feb. 1789.

*Adamus Stanislaus Naruszewicz*, 20. Oct. 1733 nat., 13. Aug. 1748 ingr., suppressa Societate episcopus Smolenseensis 1775, 1790 Luceoriensis; scripsit historiam Poloniæ in 10 tomis. † 6. Jul. 1796.

*Stephanus Katona*, nat. 13. Dec. 1732, ingr. 30. Oct. 1750, maximus Hungariæ historiographus. † 18. Aug. 1811.

*Jos. Franc. Lafitau*, nat. 1681, ingr. 1696, 1712 missionarius in Canada: De moribus gentium incultarum in America. † Burdigalæ 3. Jul. 1746.

*Anna-Maria de Moyriac de Mailla*, nat. 1669, ingr. 1686, miss. in China 1703: historia generalis regi Sinensis, juxta historiographos Sinenses. † Pekini 28. Jun. 1748.

*Antonius Gaubil*, nat. 1688, ingr. 1704, miss. in China 1722, de historia Sinensi et populis notis apud Sinenses etc. † Pekini 24. Jul. 1759.

(*Missionarii galli Pekinenses.*) Mémoires concernant l'histoire, les arts, les mœurs, les usages etc. des Chinois, publicata Parisiis expensis gubernii gallici 1774—1814. 16 vol. 4.

**Fr. Xav. de Feller**, nat. Bruxellis 18. Aug. 1735, ingr. Tornaci 28. Sept. 1754, operibus multis variorum argumentorum magnum sibi nomen acquisivit, e. gr. Lexico historico virorum celebriorum. † Ratisbonæ 23. Maj. 1802.

#### In restituta Societate.

*Jos. Ferd. Damberger*, Passavii natus 1. Mart. 1795, sacerdos 26. Aug. 1837 Societatem ingressus, missionarius, 1845 lector historiæ Lucernæ, ab a. 1852 habitabat in Schäftlarn prope Monachium. Scripsit historiam synchronisticam, cujus 15 tomi exstant. † Schäftlarn 1. Maj. 1859.

*Carolus Cahier*, nat. Parisiis 1807, ingr. 1824, cum *Arthurō Martin* (nat. 1801, ingr. 1819, † 1856) edidit complura volumina aliquanti valoris: „Mélanges d'archéologie, d'histoire et de littérature“, imprimis circa medium ævum. † Paris. 26. Feb. 1882.

#### i. Litteratura.

*Joannes Perpignan*, natus 1530 Elchæ in regno Valenciæ, 30. Sept. 1551 ingr., Conimbricæ et Romæ splendebat orationum suarum optima latinitate; interpretatus est S. Scripturam Lugduni et Parisiis. † 28. Oct. 1566.

*Emmanuel Alvarez*, 1526 in insula Madeira natus, S. J. a 4. Jun. 1546, excelebat notitia linguarum latinæ, græcæ, hebraicæ, Rector complurium Collegiorum. Notus est ut auctor grammaticæ, quæ in pæne omnibus C. S. J. in usu erat. † Eboræ 30. Dec. 1582.

*Horatius Tursellinus*, (Torsellini) 1544 natus Romæ, ingr. 10. Aug. 1562, Rector C. Romani, Florentini, Laurentani. Scripsit „Historiam a mundo condito“, et „De particulis latinæ orationis“, edit. nova Lipsiæ 1829—1845. † 6. Apr. 1599.

*Jacobus Pontanus* (Spanmüller), natus 1542 Pontibus (Brück) in Bohemia, 1562 ingressus docuit multa cum laude litteras latinæ et græcæ cum rhetorica. Edidit libros quosdam in usum scholarum, qui suo tempore magni æstimabantur. † 25. Nov. 1626.

*Fredericus de Spec*, nat. 25. Feb. 1591, ingr. 22. Sept. 1610, clarus poëta et auctor operis: „Cautio criminalis“ (2. ed. 1632). † Treviris 7. Aug. 1635.

*Mathias Casimirus Sarbiewski*, 24. Feb. 1595 nat. Vilnæ, admissus 25. Jul. 1612, 1623 Romam venit, mandato Urbani VIII. hymnos Breviarii emendavit, concionator aulicus Varsoviæ, ubi † 2. Apr. 1640.

*Joannes a Cerda (de la Gerda)*, clarus ob eruditionem perfectam in litteris græcis et latinis et ob editionem Virgiliti. Natus erat Toleti circa 1560, ingr. 4. Oct. 1577. † Matrili 6. Maj. 1643.

*Jacobus Balde* (poëta latinus), 1603 Ensisheimii prope Colmariam natus, ingr. 1624, lector rhetorices, concionator Ambergæ, Monachii, Neoburgi, ubi † 9. Aug. 1668.

*Andreas Perzivali*, nat. 24. Jan. 1600, oriundus græcus ex insula Creta, ingr. 8. Feb. 1629 in Sicilia, docuit bonas litteras per 40 annos. Claruit notitia linguæ græcæ: „Compendium grammaticæ græcæ“. † 5. Jan. 1669.

*Petrus Le Moyné*, nat. 1602, ingr. 1619: St. Louis ou le Héros chrétien. Poëme héroïque. 1653. † Paris. 22. Aug. 1671.

*Joannes Commire*, nat. 1625, ingr. 1643, poëta latinus. † Paris. 25. Dec. 1702.

*Dominicus Bouhours*, n. Parisiis 1628, S. J. 1644, a contemporaneis habitus arbiter puritatis linguæ gallicæ. † Paris. 27. Maj. 1702.

*Natalis Steph. Sanadon*, nat. Rotomagi 1676, ingr. 1691, poëta latinus. † Parisiis 22. Oct. 1733.

*Jacobus Vanière*, nat. 1664, S. J. 1680, poëta latinus. † Tolosæ 22. Aug. 1739.

*Dominicus de Colonia*, Aquis natus 31. Maj. 1660, admissus 1673, magister in classibus inferioribus et per 10 annos lector rhetorices, post quos 25 annis Lugduni docuit theologiam positivam. Scripsit „De arte rhetorica“. † Lugd. 12. Sept. 1741.

*Carolus Porée*, ortus 4. Sept. 1675, ingressus 8. Sept. 1692. 1708 et deniceps cum applausu docuit rhetoricam Parisiis, ubi decessit. † 11. Jan. 1741.

*Yvo André*, nat. in Brit. min. 1675, ingr. 1693: Essai sur le Beau. † 26. Feb. 1764.

*Franc. Jos. Desbillons*, nat. 1711, S. J. 1727 auctor fabularum latinarum. † 17. Mart. 1789.

#### In restituta Societate.

*Alexander Baumgartner*, Helvetus ortus 27. Jun. 1841, ingr. 20. Oct. 1860. Geschichte der Weltliteratur 1897 ad 1911. 6 vol. † Luxemburgi 5. Sept. 1910.

#### k. Astronomia.

*Franciscus Maria Grimaldi*, nat. 2. Apr. 1613 Bononiæ, admissus 18. Mart. 1632, cujus opere usus est Newton. Ipse reperit luminis refractionem. † 28. Dec. 1663.

*Jo. B. Riccioli*, nat. 17. Apr. 1598 Ferrariæ, novitius 6. Oct. 1614; celeber astronomus. † 25. Jun. 1671.

*Maximilianus Hell*, 15. Maj. 1720 Schemnitii in Hungaria natus, ingr. 18. Oct. 1738, præses speculæ astronomicæ in Universitate Vindobonensi, 1768 mandato regis Daniæ in Lappiam profectus est. † 14. Apr. 1792.

#### In restituta Societate.

*Franciscus de Vico*, natus Maceratæ 19. Maj. 1805, ingr. 23. Dec. 1823; 1839 director speculæ astronomicæ C. Romani. † Londini 15. Nov. 1848.

**Angelus Secchi**, 29. Jun. 1818 natus Regii Mutinen., ingr. 3. Nov. 1833; celeber astronomus (diversus ab archeologo P. Petro Secchi). † Romæ 26. Februarii 1878.

*Stephanus Perry*, nat. Londini 26. Aug. 1833, ingr. 12. Nov. 1853 (Angl.), astronomus, † 27. Dec. 1886 in Demerara.

Inter speculas (astronomicas, ... magneticas, ... meteorologicas, ... sismologicas ...), quas Jesuitæ passim condiderunt, quædam, apud externos etiam incla-

## 8. Scriptores ascetici.

ruerunt, ut hic saltem nominari mereantur, v. g. Habana (Pr. Cast.) inchoata anno 1858; — Manila (Pr. Arag.) 1865; — Stonyhurst (Pr. Angl.) 1842; — Georgetown (Pr. MNEb.) 1842—43; — Zi-ka-wei (M. Nankin, Pr. Franc.) 1873, translata in Zo-sé anno 1901; — Kalocsa (Hung.) 1879; — „Observatorio del Ebro“ (Pr. Arag.) et aliæ complurium aliarum historiam paucis narrat P. de Vré-gille, in „Les observatoires de la Compagnie de Jésus au début du XX. siècle“: uti Saint-Louis (Pr. Miss.) 1860; — Tananarive (Madagascar, Pr. Tolos.) 1880; — Puebla (Pr. Mex.) 1880; — Omaha (Pr. Miss.) 1885; Jersey (Pr. Franc.) 1893; — Valkenburg (Pr. Germ.) 1896; — Granata (Pr. Tolet.) 1902; — Bulawayo (in Africa, Pr. Angl.) 1903; Cleveland (Pr. Miss.) etc.

### I. Mathematica.

**Christophorus Clavius**, nat. 1538 Bambergæ, Jesuita 1555, „Euclides sæculi XVI.“, Romæ annis 20 docuit mathematicam et 1581 operam dabat Calendario Gregoriano. † Romæ 6. Feb. 1612.

**Paulus Guldinus**, parentibus protestantibus 12. Jun. 1577 Sti Galli progenitus fuit. Admissus est Landsbergæ 1597. Ab ipso originem habet „*Regula Guldini*“ vel *barycentrica*. † Græcii 3. Nov. 1643.

**Christophorus Scheiner**, 25. Jul. 1575 natus Silvæ (Wald prope Mindelheim) in Suevia, ingr. Societatem 1595, docuit mathesin et theologiam Ingolstadii, Friburgi Brisgoviae et Romæ. † 18. Jul. 1650.

**Joan. Carolus de la Faille**, 1. Mart. 1597 Antverpiæ natus, novitiis 12. Sept. 1613; mathematicus insignis Matritum vocatus est, ut infantem Dominum Joannem Austriacum instrueret. † Barcinone 4. Nov. 1652.

**Joannes Adamus Schall** von Bell, Coloniae 1591 nat., Romæ ingr. 21. Oct. 1611, in Chinam profectus 1622, ubi et missionarii muneribus fungebatur et præsidebat tribunali mathematico. † 15. Aug. 1666.

**Gregorius a S. Vincentio** (de Saint-Vincent), 8. Sept. 1584 natus Brugis, Jesuita 25. Oct. 1605, qui mathematicam ditavit inventionibus summi momenti; ab imperatore Ferdinando II. Pragæ vocatus fuit. † Gandavi 27. Jan. 1667.

**Athanasius Kircher**, 2. Maj. 1602 nat. Gayssæ prope Fuldam, Moguntiae ingr. 2. Oct. 1618, Herbipoli docuit philosophiam et mathesin, dein Romam venit, ubi † 27. Novembris 1680.

**Ferdinandus Verbiest**, Pitthemii prope Cortracum 29. Oct. 1623 natus, ingressus 29. Sept. 1641 Meehliniæ, profectus est 1659 in Chinam, ubi 1669 factus est præses

tribunalis mathematici, quo munere semper Jesuita fungebatur usque ad mortem Patris Hallerstein (1774). † 28. Jan. 1688.

**Jacobus Kresa**, nat. 19. Jul. 1645, ingr. 30. Sept. 1667, docuit mathematicam Pragæ, Olomucii, dein Matriti per annos 15 cum applausu. † Brunæ 28. Jul. 1715.

**Vincentius Riccati**, 11. Jan. 1707 natus in Castello Franco, ingr. 20. Dec. 1726, docuit mathematicam superiorem Bononiæ. † 17. Jan. 1775.

**Rogerus Josephus Boscovich**, Ragusæ natus 18. Maj. 1711, 31. Oct. 1725 ingr. Romæ, prospere docuit philosophiam et mathematicam Romæ et Ticini. Suppressa Societate vocatus Parisios, mox rediit Mediolanum, ubi † 12. Feb. 1787.

### In restituta Societate.

**Andreas Caraffa**, natus 24. Jun. 1789, admissus 8. Jun. 1815, lector mathematicæ in C. Romano. † Tibure 7. Dec. 1845.

### m. Linguarum scientia.

Quam bene missionarii S. J. de linguis diversissimis meriti sint, exponunt

**Dahlmann** S. J.: Die Sprachkunde und die Missionen (1500—1800).

**Peeters**, S. J.: Bibliographie des ouvrages de linguistique publiés par les missionnaires de 1825 à 1904 in „Missions Belges de la Cie de Jésus“. Janvier 1905.

In linguis insignioribus erant inter alios

**Matthaeus Ricci** († 1610) et **Ludovicus Buglio** († 1682) in Sinensi, **Jos. Constantinus Beschi** († 1746) in Tamul; **Robertus de Nobili** († 1656) et **Jo. Calmette** († 1740) in Sanserit.

### n. Artes: architectura, pictura.

Fr. Coad. **Steph. Martellange**, nat. Lugduni 1569, ingr. 1590, ceber architectus, ædificavit complures Ecclesias et CC. Societatis. † Parisiis 3. Oct. 1641.

Fr. Coad. **Dan. Seyhers**, nat. Antverpiæ 5. Dec. 1590, ingr. 10. Dec. 1614, ceber pictor florum. † Antv. 2. Nov. 1661.

**Paulus Hoste**, nat. 1652, ingr. 1666, scripsit tractatum notatu dignum de architectura navium. † Tulloni 23. Februarii 1700.

Fr. Coad. **Dionysius Attirret**, nat. 1702, ingr. 1735, 1739 in China, insignis pictor et optimus religiosus. † Pekini 8. Dec. 1768.

## 8. Scriptores ascetici.

**Franciscus Arias**, natus 1533 Hispali, sacerdos ingr. 1561, optime meritis et moderator animarum et superior. † Hispali 15. Maj. 1605.

**Joannes Busceus** (Buys), natus 1547 Neomagi, Jesuita 1. Jul. 1563, edidit opera Petri Blesensis, Hincmari Rhemensis et aliorum, idem scripsit complures libros asceticos et de controversiis. Mortuus est Moguntiae, ubi

docuerat per 22 annos theologiam, exegesis et polemicam, † 30. Maj. 1611.

**Alphonsus Rodriguez**, 1537 natus Vallisoleti, ingr. 1557, lector theologiæ moralis, rector, magister novitiorum. Ejus opus „Exercicio de Perfeccion“ ubique celebratur. † Hispali in fama sanctitatis 21. Februarii 1616.

## 8. Scriptores ascetici.

**Jacobus Alvarez de Paz**, natus 1560 Toleti, ingr. 24. Feb. 1578, Limæ in Peruvia lector philosophiæ et theologiæ, rector et Provincialis. † 17. Jan. 1620.

**Antonius de Gaudier**, 7. Jan. 1572 natus in diœc. Suesionensi, 24. Sept. 1589 in Belgio ingr., lector S. Scripturæ et theologiæ moralis, magister novitiorum Parisiis. † non plus 50 annos natus 14. Apr. 1622.

**Ludovicus de Ponte** (de la Puente), Vallisoleti ortus 11. Nov. 1545, 2. Dec. 1574 ingr., docuit philosophiam et theologiam; sed imbecilliore valetudine coactus cedere huic officio, se totum dedit magisterio novitiorum et scriptioni operum asceticorum. † Vallisoleti 16. Feb. 1624.

**Carolus Scribani**, natus Bruxellis 21. Nov. 1561, admissus Trevis m. martio 1582, Rector per 22 annos et Provincialis Flandriæ (1613—19). † 24. Jun. 1629.

**Jeremias Drexelius**, Augustanus, nat. 15. Aug. 1581, Jesuita 27. Jul. 1598, concionator aulicus electoris Bavaricæ. † Monachii 57 annos natus 19. Apr. 1638.

**Stephanus Binet**, nat. 1569, ingr. 1590, † Parisiis 4. Jul. 1639.

**Ludovicus de la Palma**, 1559 nat. Toleti, 1575 in Provinciam Toletanam ingressus, insignis concionator, superior, magister novitiorum, Provincialis. † Matriti anno ætatis 82, 20. Apr. 1641.

**Nicolaus Lancicius**, nat. Nesvisii in Lithuania 10. Dec. 1574, abjurato Calvinismo Craecoviæ ingr. 17. Feb. 1592. Studiis Romæ finitis socius datus est Orlandino in scribenda historia Societatis. Aliquanto post factus lector linguæ hebraicæ, S. Scripturæ, theologiæ, rector diversorum CC., Provincialis. Decessit in collegio Cannensi Lithuanicæ cum fama sanctitatis 16. Mart. 1652.

**Jo. B. Saint-Jure**, Metis ortus 19. Feb. 1588, ingr. 4. Sept. 1604, gubernavit complures DD. prof., intravit sub Carolo I. in Angliam una cum aliquot sociis. † Parisiis 30. Apr. 1657.

**Joan. Euseb. Nieremberg**, stirpe Germanus, 1590 Matriti nat., ingr. 1614, mortuus Matriti 7. Apr. 1658.

**Casparus Druzbecki**, 1590 in Polonia nat., ingr. 20. Aug. 1609, magister novitiorum, rector, Provincialis, claruit ut scriptor asceticus et concionator. † Posonii 2. Apr. 1662.

**Gulielmus Stanyhurstius**, parentibus hibernis Bruxellis 15. Jun. 1601 nat., Mechliniæ 25. Sept. 1617 ingr., impiger et industrius præses Congregationis B. M. V. studiosorum Lovaniensium per 30 annos. † 10. Januarii 1663.

**Jo. Jos. Surin**, 29. Feb. 1600 ortus Burdigalæ, ingr. 2. Jul. 1616, insignis sanctitate vitæ et magna prudentia in moderandis animabus. Ipsius opus notissimum est: „Catechisme spirituel“. † 22. Apr. 1665.

**Jacobus Nouet**, 25. Mart. 1605 Meduanæ (Mayenne) natus, novitius 1. Sept. 1623, scripsit contra Jansenistas, et opuscula ascetica, magni quæ adhuc æstimantur. † Parisiis 21. Maj. 1680.

**Franciscus Guilloiré**, nat. 1615, ingr. 1638. † Parisiis 29. Jun. 1684.

**Nicolaus Avancinus**, nat. 1612 Tirolensis, admissus 1627, lector rhetorices, theologiæ moralis, philosophiæ Græcii, theologiæ moralis et dogmaticæ Vindobonæ, ab a. 1682 Assistens pro Germania. † 6. Dec. 1686.

**Franciscus Nepveu**, 29. Apr. 1639 S<sup>i</sup> Mali natus, ingr. 12. Oct. 1654, † Redonibus 17. Feb. 1708.

**Hieronymus de Gonnelieu**, nat. Suessionibus 1640, ingr. 1657, † Parisiis 1715.

**Jo. Direkinck**, in Guestfalia ortus 1641, 1661 ingr., rector, magister novitiorum, Provincialis. Laudatur imprimis ejus „Semita perfectionis“. † Geistæ, 26. Jan. 1716.

**Benedictus Rogacci**, Ragusæ 18. Mart. 1646 nat., Romæ 15. Oct. 1661 ingr., docuit rhetoricam, magister novitiorum, denique dirigendis maxime exercitiis spiritualibus occupatus. † Romæ 8. Feb. 1719.

**Claudius Judde**, 21. Dec. 1661 Rotomagi ortus, Jesuita 2. Feb. 1695, magister novitiorum Parisiis, † ib. 11. Mart. 1735.

**Jo. Croiset**, Massiliensis, nat. 28. Aug. 1656, novitius 16. Dec. 1677, scripsit **primum librum** ad defendendam et illustrandam devotionem in **SS. Cor Jesu**. † Avenione 31. Jan. 1738.

**Josephus de Gallifet**, 2. Maj. 1663 Aquis natus, S. J. 15. Sept. 1678, Assistens pro Gallia, de eadem devotione scripsit librum Benedicto XIII. dedicatum. † 1. Sept. 1749.

**J. B. Scaramelli**, nat. Romæ 24. Nov. 1687, admissus 21. Sept. 1706, per 30 annos sacro ministerio vacabat. † Maceratæ 11. Jan. 1752.

**Josephus Pergmayr**, in Häblkofen Bavaricæ 4. Feb. 1713 nat., 7. Sept. 1733 ingr. † Monachii, ubi concionatoris munere functus erat, 23. Mart. 1765.

**Franciscus Neumayer**, Monachii 17. Jan. 1697 ortus, ingr. 3. Oct. 1712, magno cum fructu regebat Congregationem Monachii, postea Augustæ Vindelicorum, florebat concionator in cathedrali et scriptor asceticus, ubi † 1. Maj. 1765.

**Jo. Michael Kroust**, nat. 25. Nov. 1694 in Aspach le bas Alsatix, novitius 8. Oct. 1711, confessarius matris Ludovici XVI. usque ad a. 1768. † Pruntrut 10. Nov. 1772.

**Barthol. Baudrand**, nat. 1701, ingr. 1721, † Viennæ (Gall.) 3. Jul. 1787.

**Joan. Nic. Grou**, 24. Nov. 1731 nat. in diœcesi Bologniensi (Boulogne), ingr. 1746 ultima vota nuncupavit Musciponte, quo tempore Societas in Gallia jam erat suppressa; Jesuitis e Lotharingia expulsis Parisiis sub alieno nomine degebat, sæviente omnium ibi rerum perturbatione Angliam petiit ibique vitam regulæ S<sup>i</sup> Ignatii usque ad extremum conformem clausit in Lulworth. † 13. Decembris 1803.

### In restaurata Societate.

**Henricus Ramière**, nat. 1821, ingr. 1839, propagator apostolatus orationis. † Tolosæ 3. Jan. 1884.

**Franc. Xav. Gautrelet**, nat. 1807, ingr. 1829. † Montluçon 4. Jul. 1886.

## 8. Scriptores ascetici.

*Benedictus Valuy*, nat. 1808, ingr. 1839, † Lugduni  
24. Aug. 1869.

*Petrus Chaignon*, nat. 8. Oct. 1791, ingr. 14. Aug. 1819  
(Franc.), † Andegavi (Angers) 20. Sept. 1883.

*Franc. Ser. Hattler*, nat. in Amras (Tirol) 11. Sept. 1829,  
ingr. 12. Oct. 1852, optimus facile scriptor asceticus *po-*  
*pularis*, † Cœniponte 13. Oct. 1907.

*Mauritius Meschler*, nat. Brigæ 16. Sept. 1830, ingr.  
8. Nov. 1850, fœcundus rerum asceticarum scriptor,  
magister Novitiorum, instructor tertiæ prob. Provin-  
cialis, Assistens. † Exaten 2. Dec. 1912.

633

Præterea non pauci Patres prius commemorati lau-  
dari merentur ut scriptores ascetici, e. g. **Bellarminus**,  
**Segneri**, **Pinamonti**, **Gretser** et alii.

De libro exercitiorum S<sup>i</sup>. Ignatii præter complures  
jam nominatos bene meruerunt: *Jo. Jos. Petit-Didier*  
(† 1756), *Ignatius Diertins* († 1700), ab a. 1696 Assistens  
pro Germania, *Aloysius Bellecius* († 1757); in *restituta*  
*Societate Chaignon* († 1883), *Meschler* († 1912) et præ  
ceteris vero omnibus *Roothaan* († 8. Maj. 1853). Com-  
mentariis in *Exercitia Sensum et verba* amplissime ex-  
plicavit *Antonius Denis*, † Caroloregii (Belg.) 20. No-  
vembris 1892.

634



### III. Elenchus Sanctorum, Beatorum,

#### Prote-

Urbani VIII. et S. Sedis Decreta inviolate servaturus, sincere profiteor, humana tantum auctoritate acci-  
confirmata fuere ab Apostolica Sede, cujus iudicio me et omnia scripta mea penitus subiecio.

#### 1. Sancti cano-

	Nomen	Patria	Natus
1	S. P. Ignatius de Loyola, Fund. C. . . . .	Loyola (Cantabr.)	1491
2	S. P. Franciscus Xaverius C. . . . .	Xaver. (Navarra)	7. Apr. 1506
3	S. P. Franciscus Borgia C. . . . .	Gandia (Hisp.)	28. Oct. 1510
4	S. P. Joan. Franciscus Regis C. . . . .	Fontiscop. (Gallia)	31. Jan. 1597
5	S. P. Franc. de Hieronymo C. . . . .	Cryptal. (Italia)	17. Dec. 1642
6	S. P. Petrus Claver C. . . . .	Verdun. (Hisp.)	1580
7	S. Aloysius Gonzaga Sch. C. . . . .	Castellion. (Italia)	9. Mart. 1568
8	S. Joannes Berchmans Sch. C. . . . .	Diest (Belg.)	13. Mart. 1599
9	S. Stanislaus Kostka Nov. Sch. C. . . . .	Rostkov. (Polon.)	28. Oct. 1550
10 <sup>1)</sup>	S. Paulus Miki Sch. M. . . . .	Ava (Jap.)	1564
11	S. Joannes de Goto Sch. M. . . . .	Goti ins. (Jap.)	1578
12	S. Jacobus Chisai Sch. M. . . . .	Bigen. (Jap.)	1533
13	S. Alphonsus Rodriguez Coad. C. . . . .	Segub. (Hisp.)	25. Jul. 1531

#### 2. Beati (91) ab Eccle-

14	B. P. Joannes de Britto M. . . . .	Ulyssip. (Lusit.)	1. Mart. 1647
15	B. P. Andreas Bobola M. . . . .	Sandomir. (Polon.)	1592
16	B. P. Petrus Canisius C. . . . .	Noviomag. (Neerl.)	8. Maj. 1521
17	B. P. Petrus Faber C. . . . .	Villaret. (Sabaud.)	13. Apr. 1506
18	B. P. Bernardinus Realinus C. . . . .	Carpens. (Ital.)	1530
19	B. P. Antonius Balducci C. . . . .	Florent. (Ital.)	19. Jun. 1565

<sup>1)</sup> 10, 11, 12 crucibus affixi fuerunt.

# Venerabilium, Servorum Dei ex S. J.

## statio

piendas esse qualificationes personarum et factorum in hac Serie et in tota Synopsi enuntiatas, exceptis iis quae  
**Ludovicus Schmitt S. J.**

## nizati (1—13).

Ingr. in S. J.	Obiit	Beatificatus	Canonizatus	Festum
15. Aug. 1534	Romæ 31. Jul. 1556	27. Jul. 1609	12. Mart. 1622	31. Jul.
15. Aug. 1534	Sanciani 2. Dec. 1552	25. Oct. 1619	12. Mart. 1622	3. Dec.
2. Feb. 1548	Romæ 30. Sept. 1572	24. Nov. 1624	12. Apr. 1671 <sup>1)</sup>	10. Oct.
8. Dec. 1616	Lalovesci 31. Dec. 1640	7. Maj. 1716	5. Apr. 1737	16. Jun.
2. Jul. 1670	Neapoli 11. Maj. 1716	19. Mart. 1806	26. Maj. 1839	11. Maj.
7. Aug. 1602	Carthag. (Amer.) 8. Sept. 1654	21. Sept. 1851	15. Jan. 1888	9. Sept.
25. Nov. 1585	Romæ 21. Jun. 1591	19. Oct. 1605	31. Dec. 1726	21. Jun.
24. Sept. 1616	Romæ 13. Aug. 1621	28. Maj. 1865	15. Jan. 1888	13. Aug. <i>Nov. 27</i>
Oct. 1567	Romæ 15. Aug. 1568	16. Aug. <sup>1605</sup> <del>1670</del>	31. Dec. 1726	13. Nov.
Aug. 1586	Nangasakii 5. Feb. 1597	15. Sept. 1627	8. Jul. 1862	5. Feb.
1597	Nangasakii 5. Feb. 1597	15. Sept. 1627	8. Jul. 1862	5. Feb.
1596	Nangasakii 5. Feb. 1597	15. Sept. 1627	8. Jul. 1862	5. Feb.
31. Jan. 1571	Majoricæ 31. Oct. 1617	12. Jun. 1825	15. Jan. 1888	30. Oct.

## sia declarati (14—104).

17. Dec. 1662	Oriur. 4. Feb. 1693	21. Aug. 1853	4. Feb.
31. Jul. 1611	Janov. 16. Maj. 1657	30. Oct. 1853	21. Maj.
8. Maj. 1543	Friburg. Helv. 21. Dec. 1597	20. Nov. 1864	27. Apr.
15. Aug. 1534	Romæ 1. Aug. 1546	5. Sept. 1872	9. Aug.
18. Oct. 1564	Lycii 2. Jul. 1616	27. Sept. 1895	3. Jul.
21. Apr. 1681	Pophii 7. Nov. 1717	25. Mart. 1893	7. Nov.

<sup>1)</sup> Ut scribit Generalis Oliva 25. Apr. 1671 ad Provincialem Fl. Belgii, solemnitas canonizationis celebrata est in Basilica S. Petri Dominica 2, post Pascha, i. e. 12. Apr. 1671.

Martyres.

40 Martyres Brasiliæ,<sup>1)</sup> ad insulas Canarias 15. Jul. 1570 in mare projecti, quorum cultum Gregorius XV. permisit et Pius IX. restituit 11. Maji 1854.<sup>2)</sup>

	Sacerdotes	Patria	Natus
20	B. Ignatius de Azevedo Sup. Miss. . . . .	Portuens. (Lus.)	1527
21	B. Didacus de Andrada . . . . .	Petragan. (Lus.)	1530
<i>Scholastici</i>			
22	B. Antonius Suares . . . . .	Petragan. (Lus.)	1543
23	B. Benedictus a Castro . . . . .	Chacimen. (Lus.)	1543
24	B. Franciscus de Magalhães . . . . .	Salacien. (Lus.)	
25	B. Joannes Fernandes . . . . .	Ulyssip. (Lus.)	
26	B. Aloysius Correa . . . . .	Eborens. (Lus.)	
27	B. Emmanuel Rodrigues . . . . .	Alcochet. (Lus.)	
28	B. Simon Lopes . . . . .	Urenien. (Lus.)	
29	B. Emmanuel Fernandes . . . . .	Celoricen. (Lus.)	
30	B. Alvarus Mendes . . . . .	Elvens. (Lus.)	
31	B. Petrus Nunes . . . . .	Fronteiren. (Lus.)	
32	B. Andreas Gonçalves . . . . .	Vianen. (Lus.)	
33	B. Joannes a S. Martino . . . . .	Toletan. (Hisp.)	
<i>Novitii scholastici</i>			
34	B. Gonzalvus Henriques Diac. . . . .	Portuens. (Lus.)	
35	B. Didacus Pires . . . . .	Nissen. (Lus.)	
36	B. Ferdinandus Sanchez . . . . .	Castell. (Hisp.)	
37	B. Franciscus Peres Godoi . . . . .	Turrigien. (Hisp.)	
38	B. Antonius Correa . . . . .	Portuen. (Lus.)	1555
39	B. Emmanuel Pacheco . . . . .	Zeiten. (Lus.)	
40	B. Nicolaus Diniz . . . . .	Brigant. (Lus.)	1553
41	B. Alexius Delgado . . . . .	Elven. (Lus.)	1556
42	B. Marcus Caldeira . . . . .	Feiren. (Lus.)	
43	B. Sanjoannes . . . . .	Portuen. (Lus.)	1557
<i>Coadiutores temporales</i>			
44	B. Emmanuel Alvares . . . . .	Eborens. (Lus.)	
45	B. Franciscus Alvares . . . . .	Coivillan. (Canar.)	
46	B. Dominicus Fernandes . . . . .	Borben. (Lus.)	
47	B. Gaspar Alvares . . . . .	Portuen. (Lus.)	
48	B. Amarus Vaz . . . . .	Portuen. (Lus.)	
49	B. Joannes de Majorga . . . . .	S. Joan. Pedeport. (Navarra)	1533
50	B. Alphonsus de Vaena . . . . .	Toletan. (Hisp.)	1537
51	B. Antonius Fernandes . . . . .	Ulyssip. (Lus.)	
52	B. Stephanus Zurair . . . . .	Vascon. (Hisp.)	
53	B. Petrus Fontoura . . . . .	Brachar. (Lus.)	
54	B. Gregorius Scrivano . . . . .	Logrunnien. (Hisp.)	
55	B. Joannes de Zafra . . . . .	Toletan. (Hisp.)	
56	B. Joannes de Baeza . . . . .	Hispanus	
57	B. Blasius Ribeiro . . . . .	Bracharen. (Lus.)	
58	B. Joannes Fernandes . . . . .	Bracharen. (Lus.)	
59	B. Simon Acosta . . . . .	Portuen. (Lus.)	

33 Martyres Japoniæ a Pio IX. beatificati 7. Jul. 1867.<sup>3)</sup>

	Sacerdotes	Patria	Natus	Obit	Festum
60	B. Carolus Spinola . . . . .	Januen (Ital.)	1564	Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
61	B. Franciscus Pacheco . . . . .	Pontis Lim. (Lus.)	1565	Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.
62	B. Joannes Bapt. Zola . . . . .	Brixien. (Ital.)	1575	Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.

<sup>1)</sup> Cf. „Martyres Fidei. Patres ac Fratres Lusitani S. J.“ etc. in Appendice ad Cat. Lus. 1901. — <sup>2)</sup> Omnium horum festum agitur 15. Julii.

<sup>3)</sup> Ex his: Concremati vivi 28, sc. num, 60—66. 69. 70—72. 74—85. 87—89. 91, 92; capite plexi 2, sc. num, 67, 73; aquis glacialibus occisus num, 68; undis ebullientibus et sulphureis perfusus num, 86; ærumnis carceris confectus num, 90,

Martyres.

	Sacerdotes	Patria	Natus		Obiit	Festum
63	B. Balthasar de Torres . . . .	Granat. (Hisp.)	14. Dec. 1563		Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.
64	B. Paulus Navarro . . . . .	Laninien. (Ital.)	1560		Ximab. 1. Nov. 1622	16. Nov.
65	B. Camillus Costanzo . . . . .	Bovalin. (Ital.)	1572		Firandi 15. Sept. 1622	25. Sept.
66	B. Hieronymus de Angelis . . .	Ennen. (Sicil.)			Yedi 4. Dec. 1623	4. Dec.
67	B. Joannes Bapt. Machado . . .	Terzerien. (Azor.)	1580		Omuræ 22. Maj. 1617	22. Maj.
68	B. Didacus Carvalho . . . . .	Conimbric. (Lus.)	1578		Xendai 22. Feb. 1624	25. Feb.
69	B. Michael Carvalho . . . . .	Brachar. (Lus.)	1577		Omuræ 25. Aug. 1624	25. Aug.
70	B. Sebastianus Chimura . . . .	Firanden. (Jap.)	1565		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
71	B. Thomas Tzugi . . . . .	Sonong. (Jap.)	1571		Nangasaki 6. Sept. 1627	6. Sept.
72	B. Antonius Ixida . . . . .	Ximabar. (Jap.)	1570		Nangasaki 3. Sept. 1632	3. Sept.
<i>Scholastici</i>						
73	B. Augustinus Ota . . . . .	Ogicen. (Jap.)	1572		Firandi 10. Aug. 1622	25. Sept.
74	B. Gonzalvus Fusai . . . . .	Bigen. (Jap.)	1582		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
75	B. Antonius Chiuni . . . . .	Micaven. (Jap.)	1572		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
76	B. Petrus Sampo . . . . .	Oxuanus (Jap.)	1572		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
77	B. Michael Xumpò . . . . .	Oarien. (Jap.)	1589		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
78	B. Ludovicus Cavara . . . . .	Arimen. (Jap.)	1582		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
79	B. Joannes Chingocu <sup>1)</sup> . . . . .	Amanguc. (Jap.)	1582		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
80	B. Thomas Acafoxi . . . . .	Fingen. (Jap.)	1572		Nangasaki 10. Sept. 1622	10. Sept.
81	B. Vincentius Caun . . . . .	Coreanus	1580		Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.
82	B. Petrus Rinxei . . . . .	Faciranan. (Jap.)	1588		Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.
83	B. Paulus Chinsuchi . . . . .	Usanden. (Jap.)	1572		Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.
84	B. Joannes Chiusaco . . . . .	Cocinotzu (Jap.)	1605		Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.
85	B. Michael Tozò . . . . .	Cingiven. (Jap.)	1588		Nangasaki 20. Jun. 1626	20. Jun.
86	B. Michael Nacaxima Nov. . . .	Fingen. (Jap.)	1583		Ungen. mont. 25. Dec. 1628	6. Sept.
87	B. Dionysius Fugixima Nov. . .	Aitzuten. (Jap.)	1593		Ximab. 1. Nov. 1622	16. Nov.
88	B. Petrus Onizuchi Nov. . . .	Faciran. (Jap.)	1604		Ximab. 1. Nov. 1622	16. Nov.
89	B. Simon Jempo Nov. . . . .	Notzuen. (Jap.)	1575		Yedi 4. Dec. 1623	4. Dec.
<i>Coadjutores</i>						
90	B. Ambrosius Fernandes . . . .	Xysten. (Lus.)	1551		Omuræ 7. Jan. 1620	10. Sept.
91	B. Leonardus Chimura. . . . .	Nangas. (Jap.)	1575		Nangas. 18. Nov. 1619	27. Nov.
92	B. Gaspar Sandamatzu . . . . .	Omuren. (Jap.)	1565		Nangas. 20. Jun. 1626	20. Jun.

5 Martyres Angliæ, qui Londini fuerunt suspensi et exenterati, quorum cultum Leo XIII. confirmavit 29. Dec. 1886.

	Nomen	Patria	Natus		Ingressus	Obiit	Festum
93	B. P. Edmundus Campion . . .	Londinen.	25. Jan. 1539		1575	1. Dec. 1581	1. Dec.
94	B. P. Alexander Briant . . . .	Somerset.	1553		1581	1. Dec. 1581	1. Dec.
95	B. P. Thomas Woodhouse . . .	Anglus			1573	29. Jun. 1573	1. Dec.
96	B. P. Joannes Nelson . . . . .	Skelton				3. Feb. 1578	1. Dec.
97	B. P. Thomas Cottam . . . . .	Lacastren.	1549		8. Apr. 1579	30. Maj. 1582	1. Dec.

5 Martyres 15. Julii 1583 Cuculini in Salsetta insula lanceis confossi et 2. Apr. 1893 a Leone XIII. beati declarati.

98	B. P. Rodulphus Aquaviva . . .	Hadrien. (Ital.)	2. Oct. 1550	Rom.	2. Apr. 1568	15. Jul. 1583	27. Jul.
99	B. P. Alphonsus Pacheco . . .	Minayen. (Hisp.)	1551	Tolet	8. Sept. 1566	15. Jul. 1583	27. Jul.
100	B. P. Antonius Francisco . . .	Conimbric. (Lus.)	1553	Lus.	1571	15. Jul. 1583	27. Jul.
101	B. P. Petrus Berna . . . . .	Asconen. (Ital.)	1552	Rom.	1571	15. Jul. 1583	27. Jul.
102	B. Franc. Aranha Coad. . . . .	Brachar. (Lus.)	1555	India	1. Nov. 1571	15. Jul. 1583	27. Jul.

2 Martyres Cassoviæ 7. et 8. Sept. 1619 diris et variis tormentis lente ab hæreticis interfecti, a Pio X. per Breve 1. Nov. 1904 beatificati, quorum solemnitas primum celebrata est Romæ in basilica S. Petri 15. Jan. 1905.

103	B. P. Melchior Grodecz . . . .	Teschen. (Siles.)	1584	Austr.	22. Maj. 1603	7. Sept. 1619	7. Sept.
104	B. P. Stephanus Pongracz . . .	Alvinez (Transyl.)	1582	Austr.	8. Jul. 1602	8. Sept. 1619	7. Sept.

<sup>1)</sup> al. Tchongocn.

### 3. Venerabilium titulo insigniti<sup>1)</sup> (105—155).

	Sacerdotes	Patria	Natus	Ingressus	Obiit
105	V. Josephus Anchieta . . . .	Laguna (Canar.)	19. Mart. 1534	1. Maj. 1551	Berigtigbæ 9. Jun. 1597
106	V. Ludovic. de Ponte . . . .	Vallisoleti	11. Nov. 1554	2. Dec. 1574	Vallisoleti 16. Feb. 1624
107	V. Aloysius La Nuza <sup>2)</sup> . . . .	Alicatæ (Sic.)		16. Jan. 1608	Palermi 21. Oct. 1656
108	V. Rob. Bellarmin. Card. . . .	Montispol. (It.)	4. Oct. 1542	21. Sept. 1560	Romæ 17. Sept. 1621
109	V. Claud. de la Colombière . .	S. Symphor. (Gal.)	2. Feb. 1641	1659	Paredi 15. Feb. 1682
110	V. Francisc. de Castillo <sup>3)</sup> . . .	Lima (Peru)			Limæ 11. Apr. 1673
111	V. Emmanuel Padial . . . .	Granat. (Hisp.)			Granatæ 25. Apr. 1725
112	V. Julian. Manerius . . . .	St. Geo. Raintamb.			Coriosopiti 28. Jan. 1683
113	V. Jos. Maria Pignatelli . . . .	Cæsaraug.	20. Dec. 1737	8. Maj. 1753	Romæ 15. Nov. 1811
114	V. Gonsalvus Silveira M. <sup>4)</sup> . . .	Almerin. (Lus.)			Monomotap. 15. Mart. 1561
<b>Martyres Angliæ<sup>5)</sup></b>					
115	V. Joannes Cornelius . . . .	Bodmin (Cornub.)	1557	1. Apr. 1580	Dorcestr. 4. Jul. 1594
116	V. Robertus Southwell . . . .	Horsham	1560	17. Oct. 1578	Londini 21. Feb. 1595
117	V. Henricus Walpole . . . .	Docking (Norf.)	1559	4. Feb. 1585	Eboraci 7. Apr. 1595
118	V. Rogerius Filcock . . . .	Sandvici (Cant.)		1600	Lond. 27. Feb. 1601
119	V. Robertus Middleton . . . .	Eborac.		1600	Lancastr. 31. Mart. 1601
120	V. Franciscus Page . . . .	Harrov. (Essex.)		1601	Lond. 20. Apr. 1601
121	V. F. Nicolaus Owen				1606
122	V. Eduard. Oldcorne . . . .	Eborac.	1561	15. Aug. 1587	Vigornia 7. Apr. 1606
123	V. F. Rodulph. Ashley <sup>6)</sup> . . . .		1590		Vigornia 7. Apr. 1606
124	V. Thomas Garnet . . . .	Lond.	1574	29. Sept. 1604	Lond. 23. Jun. 1608
125	V. Edm. Arrowsmith . . . .	Haddock (Lanc.)	1585	1623	Lancastr. 28. vel 7. Sept. 1628
126	V. Thom. Holland <sup>7)</sup> . . . .	Lancastr.	1600	1623	Lond. 12./22. Dec. 1642
127	V. Rodulphus Corby . . . .	Dublin.	25. Mart. 1598	1624	Lond. 7./17. Sept. 1644
128	V. Henricus Morsæus <sup>8)</sup> . . . .	Norfole.	1605	1625	Lond. 22. Jan. st. v. 1. Feb. 1645
129	V. Briantus Cansfield . . . .	Robert's Hall	1578	18. Nov. 1604	Eboraci 3. Aug. 1643
130	V. Petrus Wright . . . .	Heyton	1604	1629	Londini 29. Maj. 1651
131	V. Eduardus Mico <sup>9)</sup> . . . .	Essex.	1630	15. Jun. 1650	Londini 3. Dec. 1678
132	V. Thom. Bedingfield <sup>10)</sup> . . . .	Norfole.	1617	8. Jan. 1638	Londini 21. Dec. 1678
133	V. Gul. Ireland . . . .	Lincoln.	1636	7. Sept. 1655	Londini 24. Jan. 3. Feb. st. n. 1679
134	V. Thom. Whitbread <sup>11)</sup> . . . .	Essex.	1618	7. Sept. 1635	Londini 20./30. Jun. 1679
135	V. Guliel. Harcott <sup>12)</sup> . . . .	Lancastr.	1610	1632	Londini 20./30. Jun. 1679
136	V. Joannes Fenwick . . . .	Dunelm.	1628	28. Sept. 1656	Lond. 20./30. Jun. 1679
137	V. Joannes Green <sup>13)</sup> . . . .	Londin.	1640	7. Sept. 1660	Lond. 20./30. Jun. 1679
138	V. Antonius Turner . . . .	Leicestr.	1628	18. Apr. 1653	Lond. 20./30. Jun. 1679
139	V. Franc. Neville (sen.) . . . .	Hampton	1595	1616	Lond. 28. Feb. 1679
140	V. Philipp. Evans . . . .	Monumeth.	1645	7. Sept. 1665	Cardiffæ 22. Jul. 1679
141	V. David Lewis <sup>14)</sup> . . . .	Abergon.	1617	19. Apr. 1644	Uskæ 27. Aug. 1679
142	V. Joannes Ogilvie . . . .	Drum (Scotiæ)	1580	1597	Glasgoviæ 10. Mart. 1615
143	V. Abraham de Georgis <sup>15)</sup> . . .	Alep (Syriæ)	1563	26. Dec. 1583	Mazuæ (Æth.) 30. Apr. 1595

<sup>1)</sup> Ut Servus Dei decoretur titulo „Venerabilis“, hodie dum requiritur promulgatio Decreti de signanda Commissione Introductionis Causæ, a S. Pontifice subscripti. Præter hos (51) Venerabiles alii 12 eodem titulo jam gaudent, id quod ad eorum nomina (inter Servos Dei) adnotatur.

<sup>2)</sup> Decr. de virtutibus in gradu heroico (105—107 et 109).

<sup>3)</sup> De 110—113 habita Congr. præparatoria de virtutibus.

<sup>4)</sup> De nn. 108—114 Confect. Proc. Ord. et Apost.

<sup>5)</sup> Ex his in patibulo suspensi et, plerique, etiam vivi, exenterati sunt nn. 115—128, 130, 133—138, 140—142. Ærumnis post tormenta confecti sunt, extra carcerem n. 129; in carcere nn. 131, 132; fustibus occisus n. 139. — De omnibus his M. M. Anglis (nn. 115—141) Decr. Introd. 6. Dec. 1886; de n. 142 Conc. Remissorial. 5. Maj. 1629.

<sup>6)</sup> Coad. non sacerdos. — <sup>7)</sup> alias Sanderson. — <sup>8)</sup> alias Clarton. — <sup>9)</sup> alias Baynes. — <sup>10)</sup> alias Downes.

<sup>11)</sup> (Provincialis) alias Harcott. — <sup>12)</sup> alias Waring. — <sup>13)</sup> alias Gavan.

<sup>14)</sup> alias Carolus Baker. — <sup>15)</sup> 143 erat Syrus; passus (capite plexus) in Æthiopia.

Servi Dei.

	Nomen	Patria	Natus	Ingressus	Obiit
144	V. P. Petrus Dias . . . . .	Arudæ (Lus.)	1526	1548	13. Sept. 1571
145	V. P. Franciscus de Castro . .	Montemolim		1561	13. Sept. 1571
146	V. Gaspar Goês schol. . . . .	Portel (Lus.)			13. Sept. 1571
147	V. Franciscus Paulo nov. schol.	(Lus.)			13. Sept. 1571
148	V. Michael Aragonez nov. schol.	Guisona (Hisp.)		26. Aug. 1567	14. Sept. 1571
149	V. Joannes Avarès schol. . . .	Estreito (Lus.)			14. Sept. 1571
150	V. Alphonsus Fernandes schol.	Vianna (Lus.)			14. Sept. 1571
151	V. Andreas Paès schol. . . . .	Porto (Lus.)			14. Sept. 1571
152	V. Ferdinandus Alvrès schol. .	Vizeu (Lus.)			14. Sept. 1571
153	V. Petrus Dias schol. . . . .	Souto (Lus.)			14. Sept. 1571
154	V. Petrus Fernandes nov. coad.				14. Sept. 1571
155	V. Didacus Carvalho nov. coad.	Tondela (Lus.)			14. Sept. 1571

Hi omnes (144—155) aut vivi aut occisi projecti sunt in mare inter insulas Canarias et Azores, de quibus Confecti Proc. Ordinarii.

4. Servi Dei<sup>1)</sup> quorum causae inchoatae sunt (156—263).

Martyres Æthiopiæ<sup>2)</sup>

	Sacerdotes	Patria	Natus	Ingressus	Obiit
156	V. Apollinaris de Almeida Ep. Nic.	Ulyss.	22. Jul. 1587	27. Apr. 1601	Oinadegæ 14. Jun. *) 1638
157	V. Ludovicus Cardeira . . . . .	Begien. (Lus.)	1586	1601	Fremonæ 12. Apr. 1640
158	V. Bruno Bruni a S. Cruce. . . .	Civit. (It.)	7. Nov. 1590	14. Oct. 1608	Fremonæ 12. Apr. 1640
159	V. Gaspar Paes . . . . .	Covillan (Lus.)	1593	23. Nov. 1607	Desert. Assæ 25. Apr. 1635
160	V. Joannes Pereira . . . . .	Alcobar (Lus.)		12. Mart. 1619	Desert. Assæ 2. Maj. 1635
161	V. Hyacinthus Franceschi . . . .	Florentiæ (It.)	1598	16. Oct. 1614	Oinadegæ 14. Jun. 1638
162	V. Franciscus Rodrigues (Ruis) .	Carnide (Lus.)	1603	1618	Oinadegæ 14. Jun. 1638

Martyres Sinarum, Tunkini, Coelincinæ

163	Antonius Jos. Henriques . . . . .	Ulyss.	13. Jun. 1707	25. Dec. 1727	Sou-Tcheu 12. Sept. 1748
164	Tristanus de Attimis . . . . .	Forolivii	28. Jul. 1707	28. Jul. 1725	Sou-Tcheu 12. Sept. 1748*)
165	Bartholomæus Alvares . . . . .	Param (Lus.)	10. Aug. 1706	31. Aug. 1723	In Tunkino*) 12. Jan. 1737
166	Emmanuel de Abreu . . . . .	S. Paio de Fornos	14. Oct. 1708	17. Feb. 1724	In Tunkino 12. Jan. 1737
167	Vincentius a Cunha . . . . .	Ulyss.	2. Feb. 1708	25. Mart. 1726	In Tunkino 12. Jan. 1737
168	Gasparus Kratz . . . . .	Golzheim	15. Sept. 1698	Macai 1730	In Tunkino 12. Jun. 1737
169	Franciscus Bucherelli . . . . .	Florentin.	21. Maj. 1686	26. Dec. 1700	In Tunkino 11. Oct. 1723
170	Joann. Bapt. Messari*) . . . . .	Goritia	12. Aug. 1673	19. Dec. 1701	In Tunkino 15. Jun. *) 1723

Martyres Japoniæ

171	Marcellus Franc. Mastrilli . . . .	Neap.	14. Sept. 1602	25. Mart. 1618	Nangasaki 17. Oct. 1637
172	Didacus de Mesquita . . . . .	Mezão-frio	1553	1573	Nangasaki 4. Nov. 1614
173	Antonius Critana . . . . .	Almodov. (Hisp.)	1550	Apr. 1571	prope Philippin. 28. Nov. 1614
174	Jo. Bapt. de Baeza . . . . .	Aleda (Hisp.)	1558	1578	Nangas. 7. Maj. 1626
175	Gaspar de Castro . . . . .	Brachar. (Lus.)	1560	1578	Nangas. 7. Maj. 1626
176	Matthæus de Couros . . . . .	Ulyss.	1558	1583	Fuximi 29. Oct. 1633
177	Sebastianus Vieira . . . . .	Castri Dayr. (Lus.)	1571	1589	Yedi 6. Jun. 1634
178	Julianus Nacaura . . . . .	Omur. (Jap.)	1569	25. Jul. 1591	Nangas. 21. Oct. 1633
179	Matthæus Adami . . . . .	Mazaræ (Sic.)	1574	1595	Nangas. 12. Oct. 1633

<sup>1)</sup> 156—162. 236. 243. 250. 252 nunc jam dicuntur *Venerabiles*. — <sup>2)</sup> Ex his lapidati et suspensi 156—158. 161. 162; lanceis confossi 159. 160. — <sup>3)</sup> al. 26. Jun. 1638. — <sup>4)</sup> al. 13. Sept. — <sup>5)</sup> in loco Hanoi aut Ketcho. — <sup>6)</sup> Ex his sunt strangulati 163, 164; capite plexi 165—168; trucidati 169, 170, — <sup>7)</sup> al. 25. Jun.

